309637 – 309639
III
Mag. St. Dr.
Kat. Komp.

R 18172
2
A. 9. 50

III 41. 2809

Sottolub - Radziwill

A. B. 52374

Estr. XXIX, 49

Bibl. Jag.

72 ... 20.

# CIVI PATRIÆ PIO

*Baroni* in Podhorce: Exercitum Regni *Legionario Duci*: Buſcenſi Provinciæ, nec non Volpenſi, Korſinenſi, Dzwinogrodenſi, Zagoſcenſi, Onyxtenſi, Lavariſcenſi, Caſtellis Præfecto: Torquato Romanorum Equitum Heroi,

# PRUSSIO,

Antiquitate generis & ſanctitatis avitæ laudibûs nobiliſſimo:

SENATORI LITVANIÆ SAPIENTISSIMO, *Dapifero* nuper M.D.L. *Novogrodenſium* hodie *Præſidi Palatino* Illuſtriſſimo, in Liſianka & Zawałow *Comiti*: SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI, cum Sereniſſimis, Celſiſſimis & Illuſtriſſimis Familiis per affinitatem conjuncto, dignitate & opibûs præpollenti,

## Celſiſſimo, Excellentiſſimo & Illuſtriſſimo Domino

*in Jabłonovo & Lachovce*

# JOSEPHO ALEXANDRO JABŁONOWSKI,

*Palatinam ſuam Novogrodenſium ingredienti urbem, & ſuæ per Litvanam Provinciam Societatis civiumq; patriæ nobilium & Senatorum Litvaniæ Illuſtriſſimorum & Celſiſſimæ Jablonoviorũ Familiæ nomine,*

addictum immortaliter Principi ſuo Collegium Societatis JESU Novogrodenſe

# GRATULATUR.

Anno MDCCLVI[illegible]

---

Vilnæ Typ: S. R. M. Academ: Societatis JESU.

Bibl. Jag.

309639
III br.



# PANEGYRICUS.

QUàm gratus optatuſq́; hoſpes atq́; jam inde commiſſæ tibi Spartæ *Palatinus Præſes* nobis & univerſæ Novogrodenſium Provinciæ adveneris, ſi cætus iſtos te circumſtantes, ſi ora Civium oculoſq́; in te converſos reſpicis; intelligis profectò *Princeps Celſiſſime*,atq́; id nobis de te, quod univerſi cupimus, ipſa hac vultûs benignitate confirmas, te populi ſtudiô nuſquam gentium exceptum eſſe tantô, ne tum quidem, cùm te Rex Galliarum potentiſſimus LUDOVICUS XV à Republica Polona legatum multiſq́; ſibi officiîs commendatum acciperet, aut Romanorum Imperator Auguſtiſſimus CAROLUS. VII. in Germania tibi affini ſuo cariſſimo titulos Principis confirmaret, aut Romæ inter Italiæ Principes Purpuratoſq́; Eccleſiæ Patres verſarere. Nam ut acclamatio exultantis populi & gratulationes omniſq́; in urbe, tuo excitatus adventu, triumphus, conticeſcant; ipſe hic tam frequens civium nobiliſſimorum concurſus, ipſæ principes in Litvania præſentes hic fami-

liæ,ipſi deniq; vultus geſtientium animorum indices ſatis, credo, diſertè enunciant, quantâ nos ingreſſus iſte tuus omnes lætitiâ compleverit: cùm alibi fortaſſe non tam amor, gentes videlicet alienas, quàm tuæ amplitudinis fama ad te viſendum provocaret. Hìc tu jam *Palatine Illuſtriſſime, quid minima per Litvanam Provinciam Ignatii Societas, tuo Principis nomini jam olim devota, ceteriq; Religioſi Ordines, quid Cives Litvaniæ, in primis Provinciæ hujus indigenæ, quid deniq; Principes, cognatione tecum & affinitate conjunctæ, Familiæ gratulentur*, pro internuntio ipſam hanc ex animo profectam orationem eâ, quam ſtudioſiſſimis honoris tui præſtandam putas, benevolentiâ excipe.

Ut gens hæc univerſa, quæ tibi, *Senator Illuſtriſſime*, Palatinam ingredienti Urbem obviam prodiit, ſuas in claſſes dividitur, ſic, pro ſua cuiq; partium conditione, lætitiæ argumenta & gratulationum ſunt varia. Gaudent in primis cum minima Ignatii Societate *religioſorum cætus Ordinum*, Divinô beneficiô ſibi oblatum eſſe *pium*, è Sanctiſſima videlicet *Pruſſiorum* gente, *Patriæ Civem*; qui religionem ſacraſq; DEO familias ſartas tectaſq; ab injuriîs conſervabit: lætantur nobiliſſimi Provinciæ hujus *Cives*, cum ſibi in te *Senatorem* obtigiſſe, cujus autoritate & conſilio res ſibi communis ſapientiſſimè gubernabitur; id quod certò de ſe nobis tua illa, tot præclarîs litterarum monumentîs tantîſq; famæ celebrata præconiîs, ſapientia ampliſſimè pollicetur: *Familiîs* deniq; in Litvania *Principibus* quæ Societas & amicitia jucundior honeſtiorq; eſſe poteſt, quàm eo cum Principe, cum quo ampliſſimæ gentes, Reges atq; Impe-

ratores

ratores auguſtiſſimi cognatione, gratia & familiaritate conjunguntur? Religioſis itaq; Ordinibus, nobilibus Litvaniæ Civibus, Principibus Familiis, *Civis pius*, *Senator* juris & juſtitiæ *conſultus*, *Princeps* dignitate & opibus *potens* theatrum hodie quoddam lætitiæ publicæ ampliſſimum in hac urbe aperuiſti; in quo ſic tu interim noſtris oculis animiſq; obverſaris, ut, cùm te ſuſpicimus, continuò nobis ſuccurrant etiam illi de gente tua *Sanctiſſimi* Patriæ *Cives*, illi præter eos digni immortalitate *Purpurati Civium Patres* Rectoreſq; ſapientiſſimi, illi deniq;, opibûs & muneribûs publicîs inclyti, *affines tui, Principes*; atq;, ut eos in te ſuperſtites ſpectamus, ſic te quoq; in illis immortaliter victurum cernere videamur. Quos tu igitur de gente tua in te nobis *civis pios*, civibus *Senator Sapientes*, *Principes Princeps* in memoriam & quodammodo in vitam revocâſti, eos hîc læti, celebritate ſcilicet ingreſsûs tui triumphiſq; excitati, in te vivos, in illis viciſſim te immortalitate dignum, adeſſe gratulamur.

Atq; ut à cauſis lætitiæ, quæ ſint illæ religioſis cœtibus, ordiamur; an ulla gens tam antiquo ſinceræ religionis cultu inclyta ſit, tantîſq; ſanctimoniæ laudibûs floreat, uti veſtra, PRINCEPS, dubitabit nobiſcum meritò, quicunq; in ſacra Domûs tuæ monumenta inſpexerit. Exoſi ſimulacra & ſuperſtitiones gentis patriæ Aborigenes tui ex Pruſſia in Poloniam, Romanis Chriſtianorum addictã jam ſacris, Caſimiro I. Rege, commigrârunt, conſtitutîſq; in Maſovia & Plocenſium Provincia coloniis, ad Chriſtianam religionem ſe applicârunt. Hîc falcibus, avitis domûs

ſuæ armis, crucis ſignum appoſitum, à ſacris Romanis *Turzyma* nuncupatum; unde Pruſſios quiſq; à gentibus, quæ diſciplinam Chriſtianæ Religionis non acceperant, diſcretos ſanctoſq; cognoſceret. En tam antiquam in veſtra familia, ſeptem ſcilicet jam abhinc ſeculis, quibus nondum Litvania, Samogitia, Tranſylvania, Boſnia, Croatia, ac præter Japones & Indos tot aliæ Regiones è ſua caligine lucem veritatis Evangelicæ reſpexerunt, religionis Chriſtianæ ſanctitatem. Hic jam quot nobis ſancti Proceres! quanta in utroq; *Pruſſiorum* ſexu in Deum Divoſq; pietas! quàm illuſtria ſanctitatis exempla! tempus nos profectò deficiat, ſi vel ipſos, quos rite Eccleſia aut conſtans populi opinio in Divos retulit, percenſeamus numerando. Quàm multiplex vobis cum Sereniſſimis Regum, Celſiſſimis Principum, Illuſtriſſimis Procerum familiis cognatio, tam frequens certè dignitas cum laudibus ſanctimoniæ per ipſas clariſſimi venas ſangvinis in vos manat. Quotquot igitur Divos Divaſq; aut Regiæ PIASTORUM, JAGELLONUM, SOBIESCIORUM, LESZCZYNIORUM familiæ, aut Celſiſſimæ RADIVILLIORUM, ZASŁAWSCIORUM, OSTROGIORUM, STROZIORUM, GONZAGARUM, BULLIONUM ſtirpes, aut Illuſtriſſimæ SZCZEPANOWSCIORUM, OPALINSCIORUM KOSTKARUM, SIENIAWSCIORUM cæteræq; cognatæ Pruſſiis gentes in ſuis faſtis numerant, cum omnibus illis gloria Principibꝰ JABŁONOVIIS, oportet, ſit communis. Itaq; & Sanctiſſimæ illæ de ſtirpe Regia PIASTORUM, &, quæ hanc excepit, natæ JAGIELLONUM ſangvine Matronæ Virgineſq;

caſtiſ-

caſtiſſimæ, tecum pietatis ſuæ laudes communicant, ante alias HEDVIGIS, hoc nomine gemina; altera Divæ ELISABETHÆ neptis, Henrici Barbati Polonorum & Moravorum Principis conjunx, Beatæ GERTRUDIS,& HENRICI,qui,religionis causâ,in acie,adverſus Tartaros dimicans,occubuit,parens feliciſſima, altera VLADISLAI JAGELLONIS Poloniarum Regis conjunx piiſſima; illæ præterea: CUNEGUNDIS ſponſa BOLESLAI Pudici integerrima cũ ſuis,*Juculentâ* ſive HELENA BOLESLAI Caliſſienſium Ducis uxore primùm,poſt hujus deniq; obitum, D. CLARÆ inſtitutũ profeſsâ, & CONSTANTIA, quæ piîs conſiliîs LEONEM Ruſſorum Ducem maritum ſuum Chriſtianis adjunxit, ſororibus lectiſſimis: illa SALOMEA Leſconis Albi filia, BOLESLAI Pudici ſoror, cùm venerabili parente ſua *Grzymiſlava: Adelaidis* Mieciſlai, primi in Polonia, qui ſe adjunxerunt Chriſto,Principis ſoror,Divi Hungarorum Regis STEPHANI Mater: LUDGERDIS Premiſlai Ducis uxor, illuſtris vitæ Sanctimoniâ virago: JUDITHA Boleſlai Chrobri conjunx, pia pauperum mater altera, altera Vladiſlai Hermanni Polonorum item Regis, Ducibûs Bohemiæ nata: ELISABETHA SIENIAVIA Curiæ Regiæ Mareſchalli conjunx; cujus beneficentiâ conditum Societati noſtræ Collegium Leopoli ſuæ æternum eſt pietatis monumentum: SOPHIA TYLICIA, cujus vitam, æternîs Beatorum præmiîs dignam, Staniſlaus Brzechſa è Societate noſtra Sacerdos litterîs commendavit: hæ atq; aliæ Reginæ, Principes, Virgineſq; religioſiſſimæ, cum his Viri quoq; ſanctiſſi-

B mi,

mi, illi cum Divo CASIMIRO Principe Virgineo JAGELLONES Principes Litvaniæ hæredes, Polonorũ Reges fortunatiſſimi, illi ſecundum Deum colendi de gente Veſtra *Pruſſii* Indigetes, ac primùm quidẽ, ut multos omittamus, STANISLAUS PRUSSIUS Szczepanovius à Boleſlao Audace pro veritate interfectus, cum BOGNA, de veſtra itẽ ZŁOTOGOLENCIORUM Stirpe, & honoratiſſimo ſuo viro VIELISLAO, feliciſſimis parentibus: illi, STREMPINIUS, GUNTERUS & PRANDOTA Cracovienſium, TOMKA & STIBORIUS Plocenſium, ANDREAS PRUSSIUS Varmienſium, ANDREAS OLSZOVIUS Primas Regni Poloniæ Archi-Epiſcopus Gneſnenſium, STANISLAUS KOSTKA & MARTINUS Comites ZAŁUSCII, Cracovienſium alter, alter Dreſdenſium, ſancti juxtà ſapientiſſimiq; atq; ex his duo ultimi Societati noſtræ, Patriæ, & Eccleſiæ divinô beneficiô ſuperſtites adhuc, Pontifices: tum florentiſſima ROSINORUM per Dombrovios, Gorinſcios, Zielinſcios, atq; in primis per Konarzevios & Theophilam Leſzczyniam, Sereniſſimi Principis Lotaringiæ Staniſlai conſobrinam, illa cæleſtis propago: ADALBERTUS ſtirpe Bohemorum regia Slavnico Comite & Strzezyſlava ortus, Polonorum Apoſtolus, quem tu Princeps *Apologetica diſſertatione*, ſapientiſſimè conſcripta, ac Benedicto XIV. Pon. Max: nuncupata, patriæ tuæ urbiq; Gneſnæ contra iniquam multorum opinionem vindicâſti: Adalberti item germanus frater *Gaudentius* ſive *Radżinus* Gneſnenſium & is Archi-Epiſcopus, atq; hujus in Cathedram ſucceſſor BOGUMILUS Camaldulenſium Patrum alumnus:

mnus: VINCENTIUS KADLUBKO ex Antiſtite Cracovienſiũ in cænobio Andreiovienſi Ciſtercienſiũ Præſul ſanctus, ſcriptor rerum patriarum clariſſimus: MICHAEL è Ducum Litvanorum Roſinorum proſapia Ordinis Canonicorũ dictorum S. Mariæ de Metro Fratrum de pænitentia BB. Martyrum, alterq́; ex eadem gente MELCHIOR annos triginta quatuor piiſſimus Samogitarum Epiſcopus, Giedroycii: JOSAPHAT KUNCEVICIUS Polocenſium Archi-Epiſcopus, ab Urbano VIII. in faſtos Beatorum Martyrum rite relatus: ADALBERTUS MĘCZYNIUS de Societate noſtra Sacerdos, Nangazachi in Japonia Religionis Chriſtianæ causâ â Barbaris (*a) trucidatus: Vernerus Plocenſium Paſtor bonus à conſceleratis hominibus (*b) interfectus. Jam quæ tibi quàm ſancta aliunde propinquitas? In tuis præterea numeras Civis Patriæ Religioſiſſime, in tuis ESAIAM BONERUM è ſacra D. Auguſtini familia, virum pietate inclytum, de *Broniſlava Lanckoronſcia* natum: STANISLAUM KOSTKAM & ſuum cariſſimum Socium ALOISIUM GONZAGAM, præclara Societatis noſtræ decora, illum per Kryſcios in primis & Srzenſcios, hunc per Marchiones de Mirov Myſcovios: *Dominicum Siecimінium Dombrovitam* Gneſnenſis Eccleſiæ Cancellarium, virum ſtudiô pietatis, integritate vitæ & innocentiâ inſignem: *Clementem de Ruſzcza* Caſtello Cracovienſi aliquando præfectum, cum *Beata Rôſciſlava* conjuge optima à Tartaris Chriſtianæ Religionis cauſâ interfectum, filiamq́; ſuam *Viſannam* in cænobio Divi Benedicti Staniantecensi primam omnium

(*a) An: 1643. 23. Martii (*b) An: 1172.

 in

in Polonia venerabilium hujus Ordinis Virginum Antiſtitam: CATHARINAM VAPOVIAM, mulierem illam fortem, laudibûs multîs celebrandam: *Conſtantiam de Mirov Myſcoviam*, quæ Ordini Divæ Thereſſiæ de Carmelo omnium prima nomen dedit, ſororibûs hujus inſtituti è Belgio Hiſpanico in Patriam advocatîs; quibus prima præfuiſſe fertur, Cl: illius Polihyſtoris Erici Puteani germana ſoror, CHRISTINA: ANDREAM BRZECHFA omnium Polonorum in ſacra excalceatorum Carmelitarum familia primum; THOMAM ZIELENSCIUM Polonum Equitem de Sariorum Jelitarum gente Virum omnium opinione inter Divos numerandum: ELISABETHAM SIENIAVIAM Mareſchalli Curiæ Regni conjugem; cujus ſanctimoniam Laurentius Suſliga, è Societate noſtra Hiſtoricus, litterîs celebravit: (a) LUCAM SAMOTULSCIUM ex Ordine Divi Dominici Pariſinum Sacræ Theologiæ Magiſtrum: MARIAM ANNAM KAZANOVIAM, Dominici Alexandri Braſlavienſium Palatini filiam, STANISLAI JABLONOVII Craco-vienſium Caſtellani conjugem, ſingulari in Deum pietate matronam; qua naſcente, ferunt, æra templi Campana, à nemine pulſata, ortus ſuos ipſo ſonitu ſuô populo nunciaſſe: (b) MARTINUM CASSANOVIUM hujus Mariæ patruum Podoliæ Præſidem Palatinum cum ſua uxore piiſſima STARZYCCIA & filia KRZECZCOVIA Halicienſis Dapiferi conjuge; quorum corpora Białſzoviciîs dicuntur quieſcere hodieq; incorru-

(a) Edit: Anno 1629.

(b) Illum: Rndmo Załuſki Referendarius Regni in Anecodotis Jabłonov: pag: 108.

pta

pta in ſepulchro patrio ad Ædē ſacrā ibidem à ſe conditā. Cum his ſua cognata Familiæ Sāctitas in illa Beatorum patria conjunxit quinq; illos pietate & meritîs celebres de antiquiſſima Odrovanſiorum Familia, HYACYNTUM & CESLAUM clariſſima Ordinis Prædicatorum lumina, germanos fratres, eorumq; Patruos IVONEM & PRANDOTAM, Cracovienſium Pontifices,ac BRONISLAVAM Sororem in cænobio Zwierzynecenſi Præmonſtratenſium inſtituta profeſſam. Huc deniq; nobis adeſſe tecum videntur de Cœlo cognati tui: JOANNES GROT de SŁUPIE Cracovienſium religioſiſſimus Antiſtes, à JOANNE XXII. P. M. ſuo quondam Bononiæ condiſcipulo & familiari in eam evectus cathedram: SOPHIA LUBOMIRIA, è ſacro Præmonſtratenſium Virginum cætu, mirîs in vita & poſt obitum gratiîs inclyta: BEATA ipſo etiam nomine ſuo TĘCZYNIA in Virgineo Divi Dominici inſtituta profeſſarum choro; cujus ſacrum corpus hodieq; opobalſami odores dicitur exſpirare. De VIENIAVITARUM quoq; ſtirpe feliciſſima in tuo Divorum cenſu ſunt: JOANNA LESZCZYNIA Principis Radiwilliæ filia, Procancellarii Conjunx ſancta: JOANNES DŁUGOSSUS é ſacro Canonicorum Cracovienſium Collegio ad Pragenſes infulas invitatus, ad Leopolienſes pertractus, Divi CASIMIRI Principis noſtri Virginei magiſter, vir tum ſcriptîs tum ſanctitate clariſſimus. Hos atq; alios, jam præmiis immortalibus à DEO affectos, cùm recenſemus, contineri haud poſſumus, quin, abrupto

etiam ſermone reliquo, exclamemus: o beatam, electam jam olim, dilectam DEO, JABLONOVIORUM familiam! o te Principem fortunatum, qui in ea ſis natus Domo, unde tot tribules, affines, cognatos, tot tantîs laudibûs celebres in illis Superûm Regnis, tuî ſine dubio amantiſſimos, patronos, defenſores, tuarum procuratores rerum habeas! Quid tu jam tibi, quid tuis à D. O. M. non facilè impetres, tanta videlicet tam familiari autoritate fretus? Felices nos quoq; cives, municipes, incolas; quos tam carus Superis gubernat Princeps! Aderunt, ſperamus, aderunt huic civitati & commiſſæ tibi Provinciæ univerſæq; Patriæ illi præter eos ex ordine proximo Majores tui, quos pietas in Deum eximia iſtis Divorum cœtibus appoſuit: jamq; eos de cœlo in hanc tecum Regionem urbemq; delatos hodie intueri videmur, in primis Illuſtriſſimum Proavum, *Palatine*, tuum, *JOANNEM STANISLAUM Regni Enſiferum*, annîs centum abhinc (a) & ampliùs ad præmia meritorum immortalia ſub ipſa Regni comitia evocatum; illum Principem minimæ Societatis noſtræ in omni vita ſua amantiſſimum, & conſtantiſſimum adverſus obtrectatores defenſorem, de Collegio Camenecenſi optimè meritum cum celſiſſima Conjuge ſua, *JOANNIS OSTROGII* Poſnanienſium Palatini filia. Obverſatur hîc mentibus noſtris optimi hujus Principis filius pietate ſimillimus, *STANISLAUS Cracovienſium Caſtellanus*, Dux Exercituum Regni ſummus, Imperatorq; laureîs ornatiſſimus; qui, quoad vixit, dum per negotia publica licuit, quoq; die ſacris ad aram myſteriis ſumma cum animi devotio-

(a) 1647.

devotione aderat: roſarium auguſtiſſimæ Dei Parenti ſacrum nunquam omiſiſſe dicitur: ejuſdem Divæ Virginis imagines, gratiîs præſertim mirîs inclytas, viſebat cum ſuis, frequens: ei ſe ſuoſq;, præſertim cùm in aciem adverſus hoſtes deſcendendum erat, multîs precibûs ſolitus commendare. Exſtant ſuæ pietatis munificæ æterna in ædibus ſacris monumenta, in primis in Collegio Societatis noſtræ *Leopolitano* & *Fradæ* ſuo in oppido, ubi Religioſis familiis templa cænobiaq;, alterum filiis Divi Franciſci, religioſis Prædicatoribus ex ordine Divi Dominici alterum, multîs impensîs excitavit. Quos mors in acie de ſuo exercitu perculit, illi nec ſepulturâ nec juſtîs exequiarum apud eum caruerunt. Octo ſupra ſexaginta annos natus, meritorum in Deum & Patriam plenus, magno civium luctu ereptus, ſive potiùs ad immortales triumphos evocatus. Cernimus præterea hìc, te præſente, redivivos tui nominis Principes, illa religionis abſolutiſſima exempla; quorum pietas *Bari* in oppido Podoliæ, *Leopoli*, *Camenеci*, *Graudenti* & aliîs locîs pluribûs Societati noſtræ, Familiis præterea religioſis; Divi Franciſci Seraphici *Fradæ*, *Czyzlici*, *Leopoli*, *Liſiancæ*, *Vengroviæ*, & *Mariampoli*: D. Baſilii *Jabłonoviæ*: Presbyteris in communi viventibus, quos vulgus Communiſtas aliàs, àliàs à V. Bartholomæo Holtzhauſer Bartholomitas vocat, *Vengroviæ*: Religioſis à Monte Carmelo Patribus *Leopoli*, *Bouſzoviæ*, *Ravæ*: Ordini Prædicatorum *Buſci*, *Jezupoli*, *Kolomiæ*: Regularibus D. Auguſtini Canonicis *Kraſnæ*: Ordini SSS. Trinitatis de Redemptione Captivorum *Theophilpoli*: Canonicis

Regularibus Lateranenſibus *Kraſnæ:* Religioſis D. Pauli Eremitæ filiis *Niznoviæ*: Eccleſiaſtico deniq; Clero *Leopoli, Podhorcii, Plociæ, Podkamenii, Sokoloviæ, Buſci, Zavaloviæ, in Oppido Stara wieś, in Caſtello SSS. Trinitatis dicto,* à Staniſlao Jabłonovio Cracovienſium Caſtellano adverſus impetus Turcarum condito, *Mariampoli, Leſznæ, Krzyviniæ,* & Jabłonoviæ; quo nomine tria Oppida, aliud ſcilicet *ad Oſſam* fluvium, *in Litvania* aliud, aliud deniq; Germanis *Gubelnau* dictum, appellantur; aras, templa, Paræcias, Cænobia, Collegia, *Præpoſituras* condidit, alibi quoq; latifundiîs, prædiîs, cenſibûs, redditibûs ampliſſimîs dicata DEO patrimonia auxit. Iſtos tam liberalî in rem Divinam animo Principes, quos ſecula deſiderârunt, quaſi poſtliminio revocatos nobis, læti ſpectamus: ſic tua videlicet pietas eorum beneficentiam æmulatur. Ædificabant illi templa, amplificandæ religionis ſtudiô; pari devotione animi tu quoq; multîs impendiîs ea ædificas. Viſit frequens populus dicatas Numini Divino ædes, quas JABLONOVIÆ in Litvania, curialem alteram, alteram Baſilianorum curæ commendatam, quas *Podhorci* curialem item & Religioſæ Divi Baſilii Familiæ, cænobiaq; condidiſti: quas *Buſci,* alias ab Illuſtriſſimo Avo tuo STANISLAO Exercituum Regni Duce Cracovienſi Palatino, ab *ALEXANDRO Regni Vexillifero* Patre tuo piiſſimo alias, quas *Liſiancæ à Theophila* de *Sieniaviis* Parente tua, religioſiſſima Principe, quas alibi deniq; à tuis Majoribus conditas refeciſti, auxiſti, exornâſti; viſit, inquam, tuæ pietatis monumenta populus, veneratur, ac prædicat. Amabant

mabant

mabant illi majores tui, religioſorū hominum inſtituta eoſq; adverſus obtrectatores depeculatoreſq; bonæ laudis tuebantur: tu cùm omnes DEO dicatas Familias, tum noſtram quoq; Societatem, non modò conſervandas protegendaſq; cenſes, ſed commendas etiam ac beneficiis ornas. Revixiſſe itaq; præter alios piiſſimum Societatis noſtræ defenſorem Illuſtriſſimum Proavum tuum JOANNEM STANISLAUM Regni Enſiferum nobis gratulamur. Adibant illi ſupplices Divorum aras, atq; in arduis præſertim, quemadmodum præter alios ſolebat Avus ille tuus Ducum fortiſſimus STANISLAUS, conſilium opemq; implorabant; nihil tu quoq; de ſuſceptis Reipublicæ aut tuâ aliuſvè causâ negotiis aggreſſus es unquam, quod non antè Divino Numini prolixîs precibûs commendâſſes. Permultos illi de rebus Divinis ſingulari animi devotione ac ſapientia conſcripſerunt libros; quales Joannes Jablonovius Ruſſiæ Palatinus religioni & ſaluti mortalium dedicavit; uti ſunt: *de ſtudio hominis Chriſtiani, ſive de vita Salvatoris Domini ejusq; cruciatibus: conſilia animi pænitentis, & vanitatem cæcitatemq; mortalium deplorantis: precationes, alias ad opem Divi Franciſci Xaverii Indiarum Apoſtoli implorandam, in omnes Sacræ quadrageſimæ dies alias: de conceptu ortuq; Virginis Divinæ Parentis à noxa primigenia puro: de quibusdā gravioribus noxiis quæ à noſtratibus adeò penduntur, ut ne ſcrupuli quidem nomen obtineant:* (a) *Hiſtoria rerum admirandarum ad imaginem Virginis Beatiſſimæ, quæ viſitur Sokalii: de providentia Divina: Vitæ Beatorum Odrovanziorum Hiacynti & Ceſlai fratrum.* Teruntur præterea piorum hominum manibûs

(a) Skrupuł bez ſkrupułu.

bûs aurei illi à STANISLAO Ravenſium Palatino S. R. Imperii Principe JABLONOVIO conſcripti pleni pietate libri: *de vita, Martyrio & miraculis Divi Joannis Nepomuceni* è ſacro Pragenſium Canonicorum Collegio Herois invicti: *hiſtorica de præclaris veterum illarum Heroidum, Eſtheris, Judithæ & Suſannæ, geſtis*, à Joanne *Cajetano*, in Senatu Grandium Hiſpaniæ Principe, Torquato velleris aurei Equite, Cæſarei Exercitûs, ut vocant, Feldmarſchallo, Celſiſſimæ Wielhorſciæ conjugi ſuæ, *Parallela* verò *duorum, veteris ſcilicet Patriarchæ & alterius Virginei MARIÆ ſponſi, Joſephi*, tibi Celſiſſimo Patrueli fratri ſuo dedicata. Hi atq; complures alii de gente tua Principes eximiam ſuam erga Deum Divoſq; pietatem immortalibûs monumentis conſignârunt: tu qui optima quæq; æmulari non ceſſas, non ipsis modò exemplis, quæ tua pietas prodit identidem clariſſima, ſed ſcriptis etiam cives tuos ut ad rationem ſanctioris vitæ excites, etiamnum elaboras, ac præter ea, quæ litteris pervulgâſti, qualia ſunt: *adverſus erumpentia de pectore humano toxica ſententiæ & axiomata ſive remedia certa; ubi de amore mundi ſive cupiditate divitiarum, honorum, voluptatum, de vana gloria* & cætera Chriſtianæ Philoſophiæ dogmata ſapientiſſimè tractas, ac doces: *Diſſertatio Apologetica*, quâ Divum Adalbertum Pruſſium tuum adverſus Pragenſes patriæ Urbiq; Gneſnæ vindicas, alia item atq; alia ejuſmodi, utilitati publicæ plurimùm ſalutiq; profutura, moliri te, atq; inter ipſas curarum, quæ te Principem circumſtant, turbas, ipſius Divinæ gloriæ ſtudiô invitatum, comparare, ſunt, qui nobis confirment. O

Prin-

Principem de ſanctiſſima Pruſſiorum gente generis ſui bene memorem! virum religionis ſtudioſiſſimum! Quàm multos hîc de noſtrîs etiam religioſis cœtibus erubeſcere, oportet, te uno nobis propoſito? Fatemur de nobis ingenuè, qui hæc de te noſtræ Societatis nomine perſcribimus, *Princeps Religioſiſſime*: cùm aliqua à te ſcripta animô legeremus attentô, ac, præter eam divitis ingenii copiam, argumenta rerum momentaq; perpenderemus, quæ tu ſanctioris Philoſophiæ Magiſter de vanitate divitiarum, honorum, voluptatum & ſtudio gloriæ hominem doces, hinc veritates illas æternas tam clarè propoſitas, tam ſcitè diſputatas, tanta deniq; ſermonis elegantia ac ſvavitate enunciatas, illinc te rerum iſtarum ſcriptorem animô reſpiceremus; ignem mentibus noſtris ea cogitatio injecit, hortariq; ſingulos viſus in eam ſententiam ipſe liber: en tibi, qui inſtitutum vitæ religioſæ profiteris, homule, en Virum, qui hæc commentatus eſt & ſcripſit, non de veſtra certè Thebaide aut aliquo cœnobio hominem, virum Palatinis in ædibus non in fano neq; ad tripodes veſtro Apollini ſacros natum, inter blandimenta Aulæ, in ipſius Fortunæ gremio educatum; cui hodie inter curas publicæ rei pene infinitas, intelligis porrò, quantum ſit otii; quem ſcilicet hi capiendi conſilii, officiorum & humanitatis illi, alii opis & patrocinii cauſâ, adeunt, viſunt frequentes, interpellant. Quis hoc Proceres excludat hoſpitio, aut miſeros, apud communem ſuum patrem quærentes perfugium, aditû prohibeat, aut ipſius frequentiam aulæ in officio ſilentioq; contineat? Nullos, qui ſe ita ſtipent, li-

ctores, caduceatores, ſatellites, quales olim circumdabant Romanos Conſules, ea tanta ferre poteſt humanitas: nihilô tamen ſeciùs ſua Princeps actitat: legit, commentatur, ſcribit; quæq; cogitavit & ſcripſit, publici juris facit; Divino ſcilicet Numini dedicata, populo ſalutaria, religioni perutilia; quantum in hoc tu otio tuo & tranquilitate non efficias. Nimirum, ùt in multis, otioſis etiam illis, ad ea, quæ bruto ſuperiora ſunt homine, mentis quidam eſt ſtupor animuſq́; rerum vanarum ſtudiô occupatus; ſic contrà in iſto Principe, æterna præ rebus mortalibus amante, facultas eſt ad res tam præclaras atq́; arduas expedita. Sic tua pietas, Principum ſanctorum progenies clariſſima, Patriæ civis nobiliſſime, alios quidem exemplîs ſuîs docet, aliis etiam ignavis infert verecundiam, omnes deniq́;, quotquot liberalius ingenium ſunt nacti, excitat ad ſe imitatione exprimendam. Neq́; ullus adeò brutus eſſe poteſt, qui, invitantibûs tam illuſtribûs tuis tuorumq́; documentîs, non amandam putet ſtudioq́; omni pietatem proſequendam. Amamus enimvero eam, uti digna eſt, ac propterea lætamur, te nobis oblato, & incitamentum ad optima quæq́; præſtò eſſe & exemplum. Itaq; alios tu quidem ſcriptîs, alios exemplîs, Principes ſcilicet Princeps admones, quàm deceat ipſos quoq́; in Deum eſſe liberales; tum, qui luxus, quæ ſumptuum profuſio lucris ſuis prudenter apponi poſſit: ut qui tot quidem ædes Cælitibus tot familiis religioſis cænobia, parthenones, Collegia tu & majores tui fundâſtis, tantas opes in res DEO ſacras, in egentes, in ſupplices veſtram implorantes opem erogâſtis,

tamen

tamen quid tum detrimenti vobis inde? Jam putet aliquis ea largitate comminutas eſſe Jablonoviis opes, conſumpta bona, profuſa patrimonia? O circumfluant, optamus, omnes, qui cum his pietate certare voluerint, tantîs boni divitiis! tot pagos, caſtella, urbes avaris præcipiant, quot vel reliqua noſtro Principi eſſe DEUS voluit! Enimverò non patitur Divina largitas ulla mortalium pietate ſuperari. Sed hac de re, uti conſtituimus, ubi de tuis,Senator, muneribus publicis & opibus, ſecunda ſcilicet & tertia orationis parte diſputabimus: nunc, quod hujus loci reliquum eſt, immortalia pietatis veſtræ in patriam documenta perſequemur; ut in confeſſo ſit, quid religioſi homines ipſi Patriæ de tua Civis optimi pietate gratulentur.

Secundum Deum Divoſq; nulli priùs debemus officia pietatis Cives,quàm Patriæ. *Chari ſunt,ut* ait Cicero, *Parentes, chari liberi,propinqui,familiares; ſed omnium charitates Patria una complexa eſt; pro qua quis bonus dubitet mortem etiam oppetere, ſi ei ſit profuturus?* Id verò, quod verbîs docet Oratorum Princeps, Majores tui clariſſimi exemplîs, omni immortalitate dignîs, confirmârunt. Cùm in Polonia jam civitate donati Heroes Pruſſii, armiſq; de gente veſtra Ducis, quem alii Dobrogozonem Buitilli filium (a) vocant, Maſlao Principe Maſoviæ ſæpius victo ac demum profligato, tituliſq; ideò Marchionum per tractus Maſoviæ & Plociæ boniſq; Windiki, à Duce Vindice Weydevuti ſucceſſore dictîs,& Grzybovô,prope Oppidum Nidburgum ſitô, ubi is Pruſſius Maſlaum ſuperaverat, à Regibus Poloniæ aucti, inter noſtrates

(a) Okolſki tom 2. 548.

 agere-

ageretis, ex eo jam tempore quantopere de iſta nova patria veſtra bene mereri ſtuduiſtis? Quis deinde tot res à tuis patriæ ſalutis causâ præclarè geſtas enumeret? Nam ut omittamus veteres illos Pruſſios Aborigines veſtros, quid domi militiæq; egerint, quas hoſtium turmas *Gregorius de Jablonovo* Regiarum copiarum Tribunus, Sigiſmundo Auguſto Rege, in Livonia, FABIANUS & JOANNES apud Cecoram; PAULUS Magiſter Equitum, gloria militari multîs victoriîs parta illuſtris, alibi, ALBERTUS in acie adverſus Ruſſos; GASPAR Legionariæ cohortis Ductor adverſus Dantyſcanos perduellionis reos, MATHIAS Equitum Magiſter Livonicô bellò, Moſcoviticô, & Tartaricô inclytus; *Joannes de Plominio Pruſſius*, crux & malleus Crucigerorum vulgò appellatus, cùm arx ſua Dobrinenſis ab hoſtibus iiſdem oppugnaretur, interemptus; ALBERTUS Gregorii PANEK dicti filius, Provinciæ Dobrzynenſium Præfectus, in Moſcovia; VALENTINUS Felinenſium Præſes, Legionum Ductor apud Smolenſcum, Heros multîs per comitia Regni ( a ) laudibûs ornatus; MARTINUS BRZENIUS Pruſſius apud Gnevum patrii adverſus Crucigeros defenſor propugnaculi: ( b ) ut horum res geſtas atq; heroica illa munera, *Equitum torquatorum Aquilæ albæ, S. Spiritûs, D. Huberti, ac Velleris aurei*; quibus *Joannes* Ruſſiæ & *Staniſlaus* Ravenſium Palatini, ac præter te, *Princeps, Joannes Cajetanus* frater tuus Patruelis Czechrynenſiū Præfectus, ornati erant: *Signiferorū, Chiliarcharū, Enſiferorū, Excubitorū, Metatorū, Caſtrenſiū, Ductorū Ducumq;*, quorū de gente veſtra infinitus eſt pene cenſus; ante

alios

(a) 1613. (b) Cromer: L. 26. ad an: 1465.

alios Magnus ille Poloniarum *Alexander*, Regni Vexillifer, Parens tuus, omnis poſteritatis memoriâ dignus Princeps, Auguſto II. Poloniarum Rege, Ductor Exercituum Generalis, &, cujus hîc jam meminimus, Alexandri hujus nepos ex fratre *Joannes Cajetanus* Summus Exercituum Cæſareorum Caroli VII. Imperator; Magni prætereà ſuperioribûs ſæculîs Duces illi: *Martinus Pruſſius* Cruſvicenſium Palatinus Caſimiro Cujavienſium Principi, & *alter* eodem inſignis nomine Maſlao Principi Maſoviæ, copiarum Duces ſummi, ac *Paulus Jablonovius* Campeſtris Succamerarius Poloniæ, *Magnus* vulgò *Bellator & hoſtium Strages* dictus, (c) qui in propugnatione Caſtri Polocenſis, ſpectante Stephano Poloniarum Rege, glorioſam pro Patria mortem occubuit: Staniſlaus item Jablonovius Pruſſorum Enſifer, & *Gregorius* eorundem adverſus Livones generalis Ductor: ut horum, inquam, Bellatorum munera, res geſtas, victorias, laureas triumphoſq; prætereamus, quantîs vel unus ille amantiſſimus civium ſuorum defenſor, Lechicus, Punico illo celebior, Annibal, iniquarum nobis gentium domitor JOANNES STANISLAUS Pruſſius JABLONOVIUS, Dux Exercituum Regni ſummus, Præſes Cracovienſium Caſtellanus, Imperator victoriîs triumphîſq; ornatiſſimus, quàm illuſtribûs factîs pietatem ſuam Patriæ omniq; poſteritati commendavit? Superi! quem hîc nos Heroem, quàm amantem Patriæ, quàm amandum civibus Patrem, in Celſiſſimo Nepote ſuo Joſepho Alexandro Principe noſtro ſuperſtitem conſpicimus! quæ interea nobis ſtatim, atq; Herois iſtius meminimus; meminimus

(c) Okolſki tom 2. pag. 555.

autem, quâm primùm Palatinum noſtrum, debitæ ſuis meritis gratiæ obſidem, conſpeximus, quot hîc repente lauri palmæq; revireſcunt! Continuò nobis in mentem veniunt illi ſuſcepti animô generoſô labores, illa amore patriæ ſuperata pericula, in quibus toties, fortunarum ſuarum vitæq; prodigus, verſabatur; vulnera quoq; eâdem causâ ab hoſtibus inflicta, ſed quæ jam tamen immortalitas abſterſit, lauroq; obligavit, intuemur. Quid hic Heroũ Prĩceps quid non amore Patriæ non ſtudiô civium ſuorum egit? Primîs ille adoleſcentiæ ſuæ annîs, quibûs jam ſe ſuaq; omnia ſaluti Reipublicæ promptiùs, quàm ſuum ſuis Pœnis enſem Annibal, ſolenni ſacramento devoverat, Ducem illum victoriîs inclytum, Stephanum Czarneccium ſequutus tyro. Inde jam quàm ſtudioſum ſe patriæ amatorem profeſſus eſt, cùm Rakocium Exercituſq; Sveciæ apud Varſaviam & alibi, ſurrepto ſub idem tempus translatoq; Cracoviâ in tutiorem locum Regni diademate, cùm turmas Moſcorũ & Cozacorũ immanes apud Chmielnicum, Mohiloviam, Cudnovum jam legionum ductor, jam ductu ſuo Imperator, profligaret: cùm Turcas & Tartaros, Joanne Sobieſcio Imperatore, apud Chotimum, Viennam, Strigonium & Zoraunam præcipites ageret: cùm ex eisdem gentibus apud Bukovinam, Uſcium, Camenecum, Złotoczevum, Staviſkios, multîs Barbarorum copiîs cæſis, armîs præſidiîſq; ereptîs omnibûs, triumpharet: cùm ex oppidis, Baro & Soroka dictis, eoſdem ejectos agitaret, jactaret, interficeret: cûm centena Tartarorum millia ab obſeſſis Leopolienſium mænibus depelleret: cùm

duos

duos Turcicorum exercituum Duces, quos ipſi Paſzos vocant, Sebaſtæ alterum, alterum Siliſtriæ, captivos victor in triumpho duceret, in quanta tum ſe Heros noſter, civium ſuorum causâ, inferebat diſcrimina! quot ſub dio, hoſtibus imminens, pervigilavit noctes jejunus, ſiccus, aridus? quoties in apricis, præruptis, obſitis, uliginoſis, ſudavit hic & alſit; Atq; hæc ille quidē, præter alia benè multa, Præſes Vinniciæ primùm & Zydaczeviæ, paulò poſt Præfectus vigilum ſive Regni excubitor, rei deinde Caſtrenſis Magiſter ſive Metator, tum Palatinus Ruſſiæ Stephano Czarneccio Polono illî Hectori ſucceſſor datus, Ductorq; creatus exercituum Campeſtris, Regni deniq; Dux Summus, ſuffragiô quidem virtutis, & meritorum præmiô, virtute verò ſua ſæpius antè ſtrenuus ac felix Imperator. Jam quid idem præfectus *Buſco, Sviecco, Janoviæ, Bialocerquæ, Corſuno, Bohuſlaviæ?* quid Ordine & dignitate inter Senatores Poloniæ togatus Princeps, Cracovienſium Caſtellanus, in tribunalibus, comitiis Regni generalibus, in variis Ordinum panegyribus? Pace rerum optima per fædus cum hoſte immani Carloviciæ parta, otiô adhuc fruimur ab oriente Poloni: plurimūm in eam rem contulît auctoritas & fortitudo, ſuîs hoſti barbaro cladibûs jam olim cognita, ſummi hujus Imperatoris noſtri Staniſlai. Podoliam nobis Podoliam armîs ereptam querebamur Cives: eandē per eadem pacta reſtituit nobis Staniſlaus. Reſtituta jam Provincia adverſus hoſtium impetus munienda erat præſidiô: caſtellô, mænibûs, arce inexpugnabili, quam hodie Vallum Sanctæ Trinitatis vocamus, munivit hic Caſtellanus.

Revocandus erat ad officium ſtudiumq; pacis internæ & charitatis patrius, cùm, neſcio, quam ob rem tumultuaretur, contemptôq; ducum ſuorum Regiſq; imperiô, ac, ſeceſſione facta, rem ſuam perditum ibat, exercitus; revocavit ſapientiâ eloquentiâq;, quâ plurimum quoq; valebat, tum eâ, quâ ſe unum omnes complectebantur, charitate, idem ſtudioſiſſimus civitatis ſuæ Imperator. In controverſiis inter cives de prædiis, finibus, & cæteris ejuſmodi, cujuſmodi cauſis dijudicandis veteres Romani Seviros, Triumviros, Quinqueviros,Septemviros aſſignabant, unus hic, multis partibus recuperator, prædiator, arbiter, ſæpius adfuit, diſceptavit, liteſq; omnes, omnibûs ſuam unius ſententiam probantibûs, diremit. Diſſidebant non ſententiîs tantùm de religione ſed odiîs etiam capitalibûs tum à profitente ritus Romanos populo tum inter ſe Ruteni: ut animis in unum coaleſcerent, profecit multum præter alios Princeps hic, religionis ſinceræ cultor antiquiſſimus. Jactatæ multîs convitiîs injuriîſq; minimæ Ignatii Lojolæ Societati quærendus erat defenſor pius: non quæſitus etiam, nullîs in ſe meritîs noſtrîs provocatus, conſtantiſſimè, quoad vixit, amantiſſimus Ordinis noſtri defenſor injuriarũq;ultor nos tuebatur. Ea tanta erga Deum, Eccleſiam & Patriam Illuſtriſſimi ſanctiſſimiq; civis pietas, quam Divina quidem Juſtitia in Patria mentium beatarum immortalibûs jam afficit præmiis, grata veró Patria ampliſſimîs conſecravit monumentîs, legendaſq; Viri laudes omni poſteritati in ſuis legum tabulis in hanc ſententiam propoſuit: *meruit id immortalibûs boni cauſâ*

*causâ*

*cauſâ publici factis, ut perennis grataq́; ſuî memoria, poſt obitū etiā ſuū, in animis Ordinū Reipublicæ cōſervetur:* (a) ea, inquam, glorioſiſſimi Avi tui pietas, cujus memoriam nunquam intermorituram noſtra inprimis Societas maximîs ſuîs obſtricta beneficiîs grata uſurpat, in te nobis, Ampliſſime Sanctiſſimeq́; Patriæ Civis, amandam laudibuſq́; celebrandam, ſe offert. Ita tu enim Illuſtriſſimi Avi tui Sanctitatem æmularis, ſic publica ſuſcipis obiſq́; munera, tantô ſtudiô bonum civile procuras, ut partes quoq́; illius, quaſi Herculi ſuffectus Atlas, multâ induſtriâ, ſapientiâ ac fortitudine ſuſtineas. Confirmavit eam de te omnium ſententiam ipſe Carolus VII Auguſtiſſimus Romanorum Imperator eo præter alia teſtimonio, quod in ſuo diplomate de te Romani Imperii Principe, commemoratîs tuîs majorumq́; tuorum meritîs, promulgat: id quod, ut alia de te præclarè ibidem dicta omittamus, publicîs conſignatum monumentîs ſic legimus: *perpendentes deniq́;*, inquit Auguſtiſſimus Cæſar, *ipſius ſæpe dicti JOSEPHI ALEXANDRI eminentes ingenii dotes, exquiſitam* omnis rei literariæ ac bellicæ peritiam, & reportatam jam in utraq́; via inſignem meritorum copiam; *cùm ſub Auguſto II, Staniſlao I, & Auguſto III, Poloniarum Regibus, ſæpius ad comitia generalia Ablegatus inter cæteros nuntios appareret*, Patriæq́; ſalutem & tranquillitatem *ubiq́; prudentibûs ſuîs conſiliîs* multùm promoveret, *ideoq́; dignus inclytæ Reipublicæ viſus fuerit, quem, ſuîs credentialibûs litteris munitum, ad ſereniſſimum Regem Galliarum tempore præteriti belli mitteret: præclaram verò* in re militari dexteritatem & fortitudinem tam in obſidione Gedanen-

(a) Conſtit: anni 1703. Pag: 16.

danenſi, quàm in exercitu ad Rhenum aliiſq; occaſionibûs abundè comprobaverit, & *indefeſſum ſtudium tam de nobis Auguſtaq; Domo noſtra & Imperio Romano, quàm de* Patria ſua *ulteriùs bene merendi præſeferat: ſanè non noſtra ſolùm ſed totius etiam S. Romani Imperii & Orbis Chriſtiani intereſſe cenſemus, ut tam* inſignibûs meritis *& tot tantîſq; majorum imaginibûs* conſpicuum Virum *dignîs, & ad omnem poſteritatem tranſmittendis, honorum prærogativîs condecoremus, eaſq; pro ipſo & omnibus ejus deſcendentibus tam renovemus, quàm, quantum eſt opus, de novo concedamus. Proinde & in primis &c. &c. prædictum JOSEPHUM ALEXANDRUM Comitem Pruſſium in Jablonov JABŁONOWSKI ejuſdemq; deſcendentes utriuſq; ſexûs natos & poſthac naſcituros, veros S. R. J. Barones, Comites & Principes fecimus, creavimus & nominavimus &c edictô hoc noſtro Imperiali mandantes, ut dictus* Joſephus Alexander Comes Pruſſius in Jabłonov Jablonowſki Sacri Romani Imperii Princeps, *ejuſdemq; ex legitimo matrimonio deſcendentes, utriuſq; ſexus nati, & omni poſthac tempore naſcituri, tam in ſcriptis quàm viva voce, quotieſcunq; eorum mentio facienda ſit,* Sacri Romani Imperii Principes *nominentur & nuncupentur, amictum reliquis Sacri Romani Imperii Ducibus, in ſignum præeminentiæ, competentem liberè adhibeant, omnibùſq; & ſingulîs juribûs, honoribûs, prærogativîs, libertatibûs, exemptionibûs, privilegiîs & regalibus in judicio & extra, in omnibus rebus, ſtatibus & cauſis tam Eccleſiaſticis quàm profanis, omni tempore & loco liberè utantur &c. &c. ut autem de propenſi noſtri affectûs exuberantia dicto JOSEPHO ALEXANDRO noſtro & Sacri Romani*

*ni Imperii Principi in Jablonow JABLONOWSKI eò luculentiùs conſtet, ipſi quoq; ejuſdemq; ex legitimo matrimonio deſcendentibus utriuſq; ſexùs natis & naſcituris prædicatũ* Celſiſſimi *nec nõ* Dilectionis & cõſangvinei *chariſſimi benignè concedimus & elargimur: volentes, & hac in perpetuum valitura lege decernentes; ut iiſdem deinceps tam ex noſtra Cancellaria Aulica, quàm ex reliquis ad nos noſtrosq; in Imperiali ſolio Succeſſores ſpectantibusCãcellariis dicti tituli,Celſiſſimi nec non* Dilectionis & Conſangvinei Chariſſimi *omni poſthac tempore tribuantur.* En cauſam principem, ob quam te ipſi Imperatores Auguſtiſſimi ſic ament, *ut Principis Celſiſſimi, Dilectionis, & Conſangvinei chariſſimi,* ut aliìs aliìsq; inſignibûs, ſponte ſua ultroq;,ornatum eant; quia *rei* ſcilicet *Bellicæ* & *litterariæ* ſcientiâ præſtans *Patriæ tuæ ſtrenuè navâris* operam, pluraq; de ſe tua polliceatur virtus: quia *ſalutem Patriæ& tranquillitatem conſervare* & *prudentibûs ubiq; conſiliìs promovere ſtudueris:* quia, Auguſto II,Stanislaò I. & Auguſtô III. Poloniarum Regibûs, *munera* tua, *Legatus* Sapientiſſimè *obiveris:* quia *præclaram in re militari dexteritatem & fortitudinem* tum apud Gedanum, tum ad Rhenum multîsq; aliìs locîs ſtrenuus Heros & copiarum Ductor prudentiſſimus Regibus Poloniæ & Imperatoribus Romanis probaveris. Tantìs, optime Civis Patriæ, tam amplìs muneribûs pietas tua & fortitudo domi foriſq; exornantur. Multa jam ſunt, quæ Religionis & Patriæ ſalutis causâ egeris, plura multò promittit nobis eximius ille tuus utriusq; amor, & ſtudium gloriæ immortalis. Offerent ſe nobis identidem, te Palatino Duce atq; Auſpice, illa rurſus de cœlo Ancilia Auriflammæq; cum omnibus ejus-

modi, in quale forté incidiſſe ferunt magnanimum illum Exercituum Imperatorem STANISLAUM JABŁONOVIUM Avum tuum Illuſtriſſimum. Is cùm Viennam copias ſuas adversùs Turcarum Tyrannum duceret, in exuſto per barbaros, quà ibat, oppido templum ea, qua ſolebat, pietate inviſit, ſibi ſuisq; à *Domino Exercituum* ſalutem omenq; bonum precaturus. Orantis ſpes bona animum ſubit; atq; ecce tibi intra illas ædiculæ ſacræ parietinas abjectam Lauretanæ Virginis Divæ imaginem, telô perfixam, oraculumq; verbaq; in ea plane fatidica: nam altera ſigni parte: *in hac imagine vinces Joannes;* alterâ *in hac imagine Joannes Victor ero*; inſignibûs expreſſum litterîs oraculum legebatur. Amiſiſſe hanc nemo, nemo ſtudiô ſubjeciſſe compertus eſt; in exuſto videlicet & vacuo jam tres abhinc & ampliùs menſes oppidulo. Admonuit ea res animum Ducis perinde atq; à Superis eſſet pro omine ſibi oblata. Neq; ſua Princeps opinione eſt falſus. Hòc ſcutò tectus, opem Rege ſuo Viennenſibus adversùs infeſta Turcarum agmina ferente, & univerſo Exercitui imperitante, Joanne III, rem ſuam egit ſtrenuè præter alios: alios cecidit, profligavit, alios hoſtium exercitus diſpulit, perſecutus eſt. *In hac* itaq; fatidica Divæ Virginis *imagine vicit Joannes:* in hoc ſigno Rex Poloniarum Viennenſium Servator triumphavit. Ejusmodi ſcuta, arma, tela, cûm res poſtulabit, è ſuperis illis arcibus ſuis ſuppeditabunt tibi Cœlites, ſuccurrent immortales Heroes illi, quorum tantus eſt de Gente Pruſſiorum Jablonoviorum in cœlo numerus, Divi indigetes tui: quidquid adverſi ſeu oppoſuerint hoſtes, ſeu for-

tu-

tuna iniquior objecerit, tuis auſpiciis, tantîs Divorum opibûs freti, ſuperabimus. Interea, te in toga communem rem procurante, ædificabuntur ſacræ DEO Divisq; ædes: depulsîs, quæ paſſim graſſantur, hæreſibûs, reſtituetur in ſuum locum religionum ſanctitas: fortuna deniq; Patriæ magis in dies convaleſcet. Ita nos ſperare jubet tua in DEUM, Divos & Patriam pietas; quæ deniq; quanta ſit in te erga *Parentes* etiam, ut alia documenta omittamus, præclarô enimvero exemplô civibus tuis confirmâſti, cùm funeri materno Celſiſſimæ Parentis tuæ THEOPHILÆ de Sieniaviis, Caſtellanis Cracovienſibus natæ, ALEXANDRO Poloniæ Vexillifero, Principi commemorabili pietate, Patri tuo, matrimoniô conjunctæ, nuper ad cætum Pruſſiorum, quorum meminimus, beatorum evocatæ, Leopoli în templo Societatis noſtræ, veſtrîs etiam monumentîs inclyto, juſta perſolveres. Convocâſti ad exequias frequentiſſimos Regni Proceres, tui luctûs teſtes: aderat præter alios Celſiſſima Princeps CAROLINA THERESSIA de RADIVILLIIS Conjunx tua cum prole ſua cariſſima, feliciſſimis Theophilæ neptibus: immolabant hoſtias propitiationis Deo innumeri cum Religioſiſſimis Pontificibus Myſtæ, in primis Illuſtriſſimus Leopolienſium Archiepiſcopus funeris arbiter: mærentibûs familiîs, orante Sacerdotio, deplorante Matrem piam populo, omnibûs pietatem tuam collaudantibûs, luctu noſtro lacrymîsq; multorum optimè de nobis meritæ Principi parentavimus, humerîsq; noſtrîs ſuum funus extulimus. Adeſſe tum ipſe triſti ſcenæ Princeps, lugubris pompæ

pars maxima, non poteras: in eam enim ægritudinem te incidiſſe, audivimus, cariſſimæ ſcilicet parentis affectum deſideriô, multi ut timendum putarent, ne ex eo funeſtiſſimo tibi ſpectaculo, ſi fortè pietas filii fortitudinem viri in ægro tum & corpore & animo ſuperâſſet, morbo creſcente conficereris; quem & ſuâ & patriæ causâ cuperent eſſe immortalem. Adeſſe tamen ſic etiam nobis videbare; ita ibi cuncta tuam Matris optimæ charitatem commendabant.

Cùm hæc tot ac tanta tua Civis noſtri, in Deum & Divos, in Patriam & Parentes piiſſimi, documenta memoramus, excitati Urbis & Provinciæ hujus triumphis, continere animos non poſſumus, quin palam exultemus, atq; Civitati huic, nobis, religioſisq; familiis omnibus, quin his Divorum ipſis ædibus, quin Provinciæ Novogrodenſium & univerſæ Litvaniæ gratulemur. Euge, hoc tam pio cive Præſide tuo fortunata civitas! næ tu nobis hodie urbium Litvaniæ omnium florentiſſima; tametſi jam ejus ſplendoris & opulentiæ, cùm Demetrio Principi & ceteris antè Ducibus Severiæ Ærarium eſſes & ſedes, flammîs toties exuſta, ferrô vaſtata, à prædonibus direpta, nihil jam in te hodie, quòd jactes, habeas. At redibit tibi, nobis crede, poſtliminio vetus illa Fortuna tua. Religione ſincera feliciſſimè conduntur, durant, & amplificantur regna; religione hujus Principis tuæ quoq; fortunæ convaleſcent. Exulabit hinc, quæ paſſim Urbes diruit, injuſtitia; Judices veſtros hoc arbitro moderante. Conticeſcent diuturnæ inter cives lites, hoc Judice conciliante animos.

Hoc

hoc injuriarum ultore, Collegia, Cænobia, Templa, Fora, Domus, Familiæ immunitates ſuas religionesq; facilè tuebuntur: hoc deniq; urbis Skirgellanæ præſule, in univerſa Novogrodenſium Provincia pax & tranquillitas ſumma dominabitur.

Atq; hæc quidem, quæ de te adhuc narravimus, boni civis officia ſunt. Jam, quibûs doctrinæ & ſapientiæ ornamentîs Senatorem te præditum læti cum Civibus ſuis publicorum munerum adminiſtri ſuſpiciunt. Quos tu hic nobis Majores tuos, rerum Divinarum humanarumq; diſciplinâ eruditos, revocas in memoriam nepos eorum ſimillimus! Te conſpecto, occurrit illico doctiſſimus ævô ſuô eloquentiſſimusq; Senator Proavus tuus JOANNES STANISLAUS JABLONOVIUS Ruſſiæ Palatinus, Vir in omni vita ſua Philoſophus. Quibûs hic quâm commodîs moribûs cives ſuos inſtituit Ethicæ politicæq; magiſter, ſeu ea docet, (a) Quæ ſcire decet patrium Equitem, *ſeu politica (b) Italico-Polonica* admonitor pertractat, ſive *proverbia (c) patriæ lingvæ* præceptor explicat, ſive de *Regia (d) Leſzczyniorum Familia* genealogus narrat, ſeu de *excitatis in Polonia tragædiis* (e) poſteros hiſtoricus monet, ſeu Æſopum novum (f) per fabellas erudiendis mentibus proponit, ſeu regulas tolerantiæ rerum humanarum, (h) ſeu libellos, patriæ rei cōmēdādæ aut defendēdæ causâ, (i) contexit: ſeu in E-



(a) Lib: Eruditio nobilis Poloni. (b) Politica Jalico-Polonica, Polonis in cautelam ſibi in oblectamentum honeſtum, DEO & B. V. in honorem. (c) Dicteria, paremiæ ſive proverbia Polònica quod ad ſuas origines attinet. (d) Europa in Serereniſſima Leſzczyniorum Domo, ſangvine & affinitate per Orientis & Occidentis Imperatores. &c. (e) Diſſertatio de motu violento ſtatuum confæderatorum prope oppidum Gliniany. (f) Æſopus novus ſeu vitaÆſopi & centum fabellæ adÆſopi morem conſcriptæ. (h) Regulæ 22. quas nobilis captivus &c. & in Opuſculis Scepticis Konigſteynii ſcriptis. (i) Opuſc: ſceptic:

lyſiis campis inter Heroum animos immortalium de rebus (k) patriis diſputat, ſeu Regum vitas resq; præclarè geſtas (l) celebrat, ſeu Apologeticis ſcriptis (m) rem patriam tuetur, ſeu Legatus Reges, Orator officioſus (n) Principes ſalutat, ſive de ratione jejunii in Eccleſia (o) per epiſtolas tractat, ſive de comitiis Senator cum Proceribus (p) diſſertat, ſeu deniq; inter Muſas Palatino ſuo in Odeo Hiſtoriam Thelemachi, Tragædias Gallicas, (q) aliaq; diverſo carminis genere jucunda ac ſeria, laurô digna omnia, canit. Superſtes hîc quoq; nobis in te Illuſtriſſimus Ravenſium Palatinus STANISLAUS JABLONOVIUS, præclara & recondita eruditione ornatiſſimus Princeps, dignus & *Tacitô*, cujus hiſtoriam nobis de Latino ſcitiſſimè vertit, tot rerum à ſe geſtarum ſcriptarumq; laudatore, & omnibûs Musîs, qui *victorias Bukovinenſes* triumphosq; Lechici ejus Annibalis, Exercituum Regni Ducis, Ruſſiæ Palatini, *STANISLAI JABLONOVII*, elegantiſſimo pòemate celebravit. Non meminiſſe hîc quoq;, te præſente, non poſſumus, præter alios trium, ſapientiſſimorum tuorum Afinium amicorumq;, laudum patriarum, eruditionis ſummæ & dignitatis, quibus Majores ſui florebant, ſuperſtitum Illuſtriſſimorum Fratrum *STANISLAI* Koſtka *Cracovienſium Epiſcopi* Principis Severiæ, Joſephi *ANDREÆ* Supremi in Regno Poloniæ Referendarii, & Martini Dreſdenſium Pontificis, *ZAŁUSCIORUM:* quo-

(k) Dialogi mortuorum in campis Elyſiis. (l) Vita Joannis III Regis Poloniæ. (m) Epiſtola Apologetica de Ordine Equitum Albæ æquilæ. (n) Oratio Jabł legati primarii ad Regem Poloniæ recèns electum. Gratulatio Conſtantino Zielinſki Archiep: Leop: (o) Epiſt: ad Provincialem S. J. de modo jejunandi in oleo. (p) Diſquiſitio ſive argumenta de comitiis generalibus ſub dio campeſtribus in Polonia. (q) Hiſtoriæ Telemachi x libri ex Gallico: & aliquot Tragœdiæ, liber deniq; qui inſcribitur: Muſa mancipata carmine patrio.

quorum laudes quis unus omnes enarret? Ipſi tot libri ſapientiſſimè ab ſe conſcripti, quibus vel perlegendis vix unus ſufficiat, ipſe ille ſuus amor litterarum incredibilis, quem Patria omnis admiratur, ipſum illud ampliſſimum ſapientiæ Gymnaſium Reipublicæ dedicatum, aperta Varſaviæ Studioſis litterarum omnibus, multîs jam doctorum hominum celebrata preconiîs, Bibliotheca, ſuam iſtorum Principum, tibi tuîq; amantiſſimorum, doctrinam, ſapientiam, amorem patriæ, & beneficentiã longè latéq; prædicant; minora hæc tamen omnia præconia ſunt laudibûs, quas merentur. Iſtam tu Sapientiſſimorum Principum Majorum cognatorumq; tuorum gentem, ſuîs jam pridem meritîs inclytam, quantîs præterea tuæ doctrinæ veræq; ſapientiæ laudibûs commendas! quàm præclarè exteris nationibus probas, ſuperare hodieq; Poloniæ ſapientes Viros, periſſimos rerum Hiſtoricos, Geographos Geometrasq; ſcitiſſimos, eloquentiſſimos Oratores; quorum tu inſtar omnium unus incredibili ſapientia variîs de rebus, Politices Magiſter, Geometra, Hiſtoricus, Geographus, rei bellicæ Ducumq; præclariſſimorum Laudator, inter Oratores patrios Cicero, ac, ne quid ad rerum ſcientiam deſideremus præterea, grammaticæ etiam civilis præceptor, ſingulîs, partim jam in lucem emiſsîs, partim conſcriptîs atq; mox edendîs, librîs ſcitiſſimè diſputas. Tuum eſt illud præclaræ, in patriam pietatis monumentum, Gallicanîs celebratum litterîs, (a) in quo de rebus patriæ, ùt antiquiſſimîs, ſic à cognitione noſtra remotîs, cives tu-



(a) Le Empirè des Sarmates, aujourd huy Royaume de Pologne: Norimbergæ editum opus A. 1748, & Halæ Magdeb: an: 1742.

os doces; quibûs ſcilicet nominibûs gentes noſtrates aliquando inſignes fuerint; qui Aquilonalium veteres regionum incolæ atq; accolæ: unde ſint: quò commigrârint: quî cum aliis commixti ſint: quàm ſtrenui manu atq; armîs, & quibûs præditi moribûs primi Sarmatæ: unde enatum Poloniæ nomen: quæ huic vicinæ gentes, & quid eam inter & alias diſcriminis: an aliquando hæredes Regni Succeſſores paſſa ſit libera gens Polonorum; ubi quoq; hiſtoricorum quorundam geographorumq; caſtigas juſtior benigniorq; Ariſtarchus ignorantiam. Tuum item eſt illud, patriæ pignus gratiſſimum, opus de inſignibus nobilitatis Polonæ, quod tu nomine *Heraldicæ* (a) nuncupâſti. Gratias tibi ſapientiſſimo Principi pro eo tam caro civibus munere omnes habemus immortales. Multa hinc quoq; tuô Civis doctiſſimi beneficiô nobîs perquam utilia didicimus. Hîc quæ ſint regulæ diſcriminaq; ſtemmatum: unde ſuos habeant ortus familiæ cîvium nobiles: quid rei ſignificent *nomina penatica*, & quæ ſint eorum antiquiſſima. Huc tanquam ad oraculum accurrimus in rebus controverſis atq; iis, in quorum ignoratione verſamur; ut cùm diſputamus de familiis antiquis, Dorſprungica, Jagiellonica, Pruſſiorum, Volodimiria, de Principibus regia Polonorum aut Cæſarum autoritate creatis, de Marchionibus, Baronibus, Comitibus; de illis gentibus, quæ *privilegiîs*, ut aimus, *Ordinationum* ſunt donatæ: quibûs per affinitatem & cognationem gradibûs aſcendant Majores, deſcendant poſteri: quæ deniq; ſint munera, prærogativæ, immuni-

(a) Heraldica, *to jeſt oſada kleynotòw Rycerſkich.* &c.

nitatesq; Ordinis in hac patria Equeſtris; ad hoc, inquam, tuæ ſapientiæ monumentum in rebus perplexis quaſi ad Oraculum concurrimus: in eo luculenta, perſpicua certaq; ſunt omnia, quæ in multis obſcura, trunca, ambigua. Multum quoq; operæ tuo hoc tam excellenti conſilio detractum eſt illis, *Princeps*, quibus res quærenda colligendaq; proponitur de antiquis *Monarcharum Imperiis*: uno tu opere complexus omnia, quid gentium fuerint, egerintq; Ægyptii, Aſſyrii, Babilonii, Medi, Perſæ, Macedones, Græci, litterariæ Reipublicæ obtuliſti. Complura ſunt in luce publica, quæ tuam Oratoris Togati eloquentiam, Scriptoris de rebus etiam Avitæ Domûs ſcientiam peritiamq; ſic commendant, ut alios ad ſimile optimarum artium otiiq; tam jucundi & honeſti ſtudium invitent. Hîs plura multô, quæ tu jam publico uſui comparâſti, percupidè opperimur, ac præter alia quidem de *tua Principe Pruſſiorum* Familia; de iis, *quæ* tu in *Belgio*, *Anglia*, *Galliis*, *Sabaudia*, *Italia*, aliisq; *Provinciis*, ſpectator rerum cognitione digniſſimarum, obſervâſti, atq; in tua adverſaria retuliſti: illa deniq; Ducum noſtratium bellica virtute illuſtrium *elogia;* illas ſummi Romanorum Oratoris *Tullii*, patrio eoq; ab omnibus idiomatis, jam pridem inter noſtrates corrupti, vitiîs depurgatô per te ſtylô *Orationes;* illam, quam regendorum finium Præfectis conſcripſiſti, *Trigonometriam;* illas *tabulas Poloniæ geographicas*, in quibus, exterorum caſtigatîs erroribûs, multô accuratiùs, quàm adhuc quiſquam fecerit, & gradus *elevationis* obſervas curſusq; fluminum, & nomina rebus, quæ

illi corruperant, propria aptaq; ſubſtituis, & limites regionum fideliùs aſſignas: imagines deniq; Regum Poloniæ, Stemmata Provinciarum, genera armorum varia, quibûs unquam Poloni ſunt uſi, *intervalla urbium* à ſe diſſitarum itineraq; diverſa, *Ichnographiam* deniq; urbis Dantiſcanæ, quæ tu omnia publico rei litterariæ bono multâ induſtriâ ſtudiôq;, munus certè omnibus gratiſſimum, concinnâſti. Cùm tot ac tanta ſummâ eruditione, & Divinæ gloriæ, & patriæ laudis, & Reipublicæ litterariæ causâ, Princeps, quot & quanta, neſcio, an quiſquam unus legerit, confeceris; iſtîs opibûs non dum ſatur, etiamnum non ceſſas: quidquid tibi à publicis muneribus otii, totum id ſapientiæ conſecras; quin ipſas noctes, quibûs ſibi non ignavi etiam parcunt, in tuo illo Palatino Gymnaſio, in bibliothecam aut tabularium abditus, ſiccus ſæpè omniſq; cibi expers, legendo ſcribendoq; libens tranſigis. Hæc tua, Princeps, ſunt aucupià, ejusmodi te venationibûs exerces, iſtîs tu conviviis ludîsq; oblectaris. Quo voluptatis genere quid eſſe poteſt utilius, quid honeſtius, quid Principe dignius? Amat hunc, præter alios, eum tuum litterarum amorem, & ipſe earundem amator eximius, æquiſſimusq; litteratorum æſtimator, Illuſtriſſimus *Joſephus Andreas Comes Załuſki* Referendarius Regni Supremus: admiratur hic illam in te tam variam, tam multiplicem rerum ſcientiam: percenſet hic conſcriptos à te libros, Bibliothecam deniq; tuam, tuas illas Muſarumq; delicias, dignam cenſet, (a) *quæ ob feſtivitatem librorum omnis* ge-

(a) In Anecdotis Jablonovianis, *pag:* 628.

*generis, ſelectorum copiam, ingentemq; Scriptorum domeſticorum, cum typîs impreſſorum, tum calamô exaratorum, apparatum, civium omnium Muſis operantium memoriæ commendetur.* Ita hic laudat tuam, qui ſuam maximîs impendiîs, undiq; collectam, publico Patriæ commodo Bibliothecam dedicavit.

Sic igitur, & à natura ſuapte comparatis, & per induſtriam inſtitutis ad ſumma quæq;, Principibus Jabłonoviis nullum certè cum munere negotium in republica obveniſſe potuit, quod non ſumma eſſet cum laude ſuſceptum, adminiſtratum, confectumq;. Conſiliîs & prudentiâ regenda erat Reſpublica; conſiliîs ſalutaribûs, providentia ſingulari aderant de ſuis curulibus in Concilio Patrum ſellis Cracovienſium, Sandomirienſium, Calliſienſium, Lencicienſium, Cujavienſium (a) ſive Breſtenſium, Ruſſiæ, Volhyniæ, Belſenſium, Plocenſium, Ravenſium, *Staniſlaus Joannes* Caſtellanus, *Joannes* ex Mareſchallo Curiæ, *Alexander Joannes* Vexillifer Regni tuus Parens Senator Sapientiſſimus; qui præfecturam Calliſſienſium ſummam, ab Auguſto Poloniarum II ſibi oblatam, admirandô modeſtiæ exemplô recuſavit; *Staniſlaus Minſcius, Joannes de Płominio, Staniſlaus de Jabłonovo, Joannes Jablonovius, Joannes Wiecvinſcius, Stanislaus Vincentius Jablonovius,* Illuſtriſſimi Pruſſii, Senatores Palatini: Junis Vladislavienſium, Plocenſium, Czernenſium, Ravenſium, Sierpſcenſium, Rypinenſium, *Franciſcus & Bonaventura Grzybovii, Joannes Wiecvinſcius, Stanislaus & Caſimirus Rudźińſcii, Jacobus Minſcius, Stanislaus Grzybovius, Joſephus Na-*

I2 *kva-*

(a) v. Aneicd: Jabłon: fol: 9.

*kvaſcius, Joannes, Procopius, Theodorus, Pruſſii & Jablonovii Caſtellani.* Communibûs cum Senatu per Adminiſtros publicorũ munerũ cõſiliis ſuſtinenda eratRegni fortuna; ſuſtinebant ex eadem gente Proceres ſapientiſſimi: *Thomas de Strzempina, Stanislaus Minſcius, Andreas Olſzovius;* quorum hunc quidem ultimum ad ſummum Gneſnenſis *Archiepiſcopi & Primatis* Regni apicem, Thomam verò ad Pontificiam Cracoviæ, Stanislaum deniq; ad Palatinam Lencicenſium dignitatem ſua evexit ſapientia; ac præter eos *Joannes Stanislaus Enſifer Regni,* bis Comitiis generalibus Præfectus Mareſchallus, de quo Paulus Potocci9 Camenecẽſiũ Caſtellan9Senator, *Divitis,* inquit, *ingenii copiam non domi tantùm ſed foris quoq; oſtendit in admirationem, cùm diverſas gentes, quarum linguas didicerat, adoleſcens inviſerat. Eloquentiæ laudem illam adeptus, ut ei nihil ad ſummum facundiæ, quâ nemini ceſſiſſe videbatur illa ætate, faſtigium defuiſſe videretur; ſi diuturnior modo vita in commune Reipublicæ bonum contigiſſet. Comitiîs centuriatîs ſemel iterumq; Tribunitiæ poteſtatis voces ac ſententias rexit (a) cùm ſecundum id ageret,non minùs quàm olim cenſorinus ille Cato, bellum cum moribus noſtris & curruptæ jam pacis diuturnæ blanditiîs Reipublicæ malis gerere neceſſe habuit, inter titulum libertatis & obſequium medium tenens, eo temperamento tribunitiis illis certaminibus moderatus eſt, ut nec innoxia ejus popularitas quidquam derogaret majeſtati, nec iſta, ſanctiùs ab eo culta, nocumento eſſet popularitati: hinc carus non minus Principi, quàm Senatorio & Equeſtri Ordini. Dum, ne infectîs rebûs ſeries abrum-*

(a) anno 1637. & 1640.

*abrumperetur conſiliorum* (comitiorum ſcilicet tempore anno 1647.) *ſerio prohibet, præoptavit morti potiùs ſuccumbere, quàm videre vim conſilii expertem, mole ruentem ſua:* hic, inquam, Senator tantis præconiis inclytus, ac præter eum *Stanislaus Dux Exercituum Regni* Summus, *Martinus Pruſſius* Copiarum Principis Cujavienſium Caſimiri Dux, *Paulus Regni Succamerarius* Campeſtris, *Joannes* Regni Vexillifer, *Alexander* Buſcenſium Præſes & generalis Exercituum Ductor, *Joannes Stanislaus* Poloniarum alter, alter terrarum Pruſſiæ, Enſiferi, *Gregorius* theſauris Pruſſiæ Præfectus, *Martinus* Maſoviæ Dapifer, pòſt Palatinus Breſtenſium, *Joannes Stanislaus* CuriæRegni Mareſchallus. Jam quis ipſa eorum nomina percenſeat, qui Principum nobilitatis, quos Succamerarios appellamus, qui Præfectorum Caſtellis; *Zydaczoviæ, Siradiæ, Buſco, Interamni, Svecco, Bialocerquiæ, Corſuno, Czehryno, Liſiancæ, Bohuslaviæ, Blonſco, Drohobycio, Moſcico, Bobruiſco, Golubeno, Gnievocoviæ, Rypino, Felino, Kolomyſco, Sniatico, Coveliæ, Stanislaviæ;* qui cæteris deniq; muneribùs in patria præclarè ſunt functi? Legatorum hìc, etſi jam feſtinamus ad te, præterire non poſſumus; in eo enim munere laudis, oportet, plurimùm obtineat ſapientia. Quid enim legati nomine niſi patriæ mentis interpretem, Regum internuncium, Civium Oratorem intelligimus? Ejusmodi officia præter alios de tua gente magnificentiſſimè obiêrunt: *Joannes Stanislaus Jablonovius* Regni Enſifer, jam ad Magnum Vallachiæ Ducem (a) atq; aliàs in Sveciam pacis per ſe-



(a) per comitia ann: 1642.

ſœdera conficiendæ cauſâ, jam in Tranſylvaniam, Hungariam & Sileſiam cum Recuperatoribus Cæſareis legatus: *Stanislaus Joannes Jablonovius* Cracovienſium Caſtellanus; cui, ut perpetuò armîs certabat cum hoſtibus, victosq; ſub jugum mittebat, ſic cum ſupplicibus induciæ erant ſæpius faciendæ, ſæpe pactio conflanda; qualis in primis erat, cum vindicaret Podoliam, aut cùm ageret per fædera (a) Podhaiſcenſia: *Joannes Stanislaus Jablonovius* Ruſſiæ Palatinus, cujus adoleſcentis tum adhuc, luſtrandarum nationum exterarum cauſâ abeuntis, Rex Poloniarum Joannes III virtuti induſtriæq; commendavit negotia, cum Principibus compluribus in primis cum Ludovico Magno XIV. Galliarum Rege, tranſigenda; quæ certè omnia tranſegit ex ſententia: *Raphàël* S. R. I. Comes *in Leſzno Leſzczyński* Supremus Regni Quæſtor, *Annæ Catharinæ Jablonoviæ* Caſtellani Cracovienſis filiæ maritus, Stanislai Lotaringiæ Ducis Parens fortunatiſſimus, fæderum cum Imperatore Turcarum Arbiter: *Joannes Jablonovius* S.R. I. Princeps, Hiſpaniarum, ut vocant, Magnas, Cæſareus Generalis Mareſchallus, Czehrynenſis Provinciæ Gubernator, aurei Velleris Eques, Joannis Comitis Pruſſii Generalis Palatini terrarum Ruſſiæ filius, Legati munere ad Conſtantinopolitanum Imperatorem & Hanum Tartariæ præclarè obito inclytus, ac propterea ab ipſo Romanorum Imperatore Carolo VII. laudatus: (b) *Demetrius Jablonovius*, Covelienſibus Præfectus, à Staniſlao Leſzczynio Lotaringiæ Principe ad Clementiſſi-

(a) Ann: 1667. (b) In diplomate ſuo Annô 1744. 5. Auguſti.

tiſſimum Auguſtum III hodie in Polonia feliciter regnantem delegatus Orator; qui Regi de nuptiis filiæ ſuæ Mariæ Joſephæ, Principi Sereniſſimo Galliarum Delphino deſponſæ, ſuo regiæq; ſuæ familiæ gratularetur nomine. Hos, qui tantis tam amplis præpoſiti erant negotiis, ſi ſapientiſſimos eloquentiſſimosq; Principes fuiſſe, oportet, ut qui non ſuas ipſorum tantùm partes, ſed Principum etiam civiumq; ſuorum omnium dignitatem & decus, ſed curas belli pacisq; ſed tot gentiū expectationē ſuſtinerent: tu, qui præter Supremi in Polonia Dapiferi officium tot alia munera præſertim toties ad Comitia Regni generalia, Auguſto II, Stanislao I, & Auguſto III, Poloniarum Regibus, qui deniq; nomine Reipublicæ, difficillimo illo tempore, cûm univerſa Polonia & finitimæ tumultuarentur gentes, Legatus ea cum laude obiîſti, ut te ideò, præter alias cauſas, ipſe Auguſtiſſimus quidem Romanorum Imperator adamârit, titulosq; Romanorum Principum vobis aliaq; cum his antiquiora decora confirmârit, Patria verò tibi gratias & egerit magnas, & habeat immortales; dignus es profectò, qui cum his atq; aliis omnibus, optimè de civitate per ſimilia officia meritis, Principibus conferaris, & quîcum uno te omnes illi ſapientiæ ſuæ eloquentiæq; laudes communicent. Quidquid igitur de illis præclarè ſcriptum dictumve: dicta vero ſcriptaq; ab Oratoribus & Pòëtis, ab Hiſtoricis & Concionatoribus, ab Italis & Germanis, à Gallis & Belgis, ut opera noſtratium, prætercam, pene ſunt infinita: totum id, Princeps, communione laudis eſt tuum. Itaq;, ſive Magni illius Ducis *Stanislai Jablo-*

 *novii*

*novii* Cracovienſium Caſtellani ſcientiam rei bellicæ noſtri Pòëtæ canunt, ſive cum Philippo Aurilio Gallico è Societate noſtra Oratore prudentiam, rerum Mathematicarum in primis & hiſtoriæ cognitionem animiq; magnitudinem in eodem Duce probi laudatores commendant, ſive qui ex eadem Societate Leguccii noſtri cum multis aliis laudum Præconibus Jablonovios, in omni vita Chriſtianos Philoſophos, per conciones celebrant, ſive eloquentiam, animis civium imperantem, qualem Enſiferi Regni Poloniæ Joannis Jablonovii Caſtellanus Camenecenſium Paulus Potoccius dilaudat, hiſtorici, ſapientiæ ſive alii alia decora,in primis Chriſoſtomus Kijovienſium, & Andreas Varmienſium Princeps, Epiſcopi, ac Joſephus Andreas Comes Referendarius Regni, Załuſcii, in tuis Majoribus proponunt; omnium iſtarum laudum abſolutiſſima quædam es panegyris. Talem te fama ſuîs præconiîs celebrat, talem nobis illa tot publica, quæ jam Arbiter partium & Judex, jam Civium per ſcripta tua admonitor, jam Legatus totq; alibi rerum cognitor explêſti, munera confirmant.

Intelligis jam igitur *Palatine Illuſtriſſime*, quid cauſæ ſit, quamobrem cives Provinciæ Livanæ te in Collegium Patrum Patriæ cooptato, gratulentur. Nôrunt nimirum, quantum quàm inſigne ſit Dei donum Princeps Sapiens, Senator Conſultus; cujus ſcilicet conſiliô regatur civitas, præmiîs boni pœnîs afficiantur mali, protegantur inſontes, cóerceantur inſolentes, monitîs ſuîs omnes exemplîsq; ad optima quæq; exciten-

tentur. Id quod certé tua, Palatini noſtri Senatoris ſapientia Provinciam hanc moderante, ſperamus. Efflorefcet præterea ſuîs laudibûs in hoc quidem noſtro gymnaſio litterarum ſtudium, in foro autem juſtitiæ dignitas. Nam ùt Principum exemplis maximè excitamur, ſic noſtris artium bonarum magiſtris, quo Juvenum nobilium animos ad earum ſtudium invitemus, illicium jam præſtò eſt, tu ſcilicet ipſe, doctrinæ omnis politiſſimæ documentum, Senator. Te uno ingenuis propoſito, quanti liitteras æſtimes, quos libros, quâm plenos eruditionis variæ conſcripſeris, ad commovendum cujusvis animum ſuffecerit. Judices quoq; in hac urbe Litvaniæ Areopago munerum ſuorum religioſiùs adminiſtrandorum tua Senatoris jurium conſultiſſimi æquitas & reverentia admonebit. Ultima hæc ſcilicet erit Tribunalibus ſuis aptiſſimaq; ad omnem juſtitiæ ſanctitatem, ut ipſi vocant, correctura. Efficies itaq;, ut Palatinorum quidem Provinciæ hujus Præſidum, qui te anteierunt ætate, *JOANNIS LITAVORIS CHREPTOVICII, ALBERTI GASTOLDI, JOANNIS POŁUBINII, JOANNIS ZABRZEZINSCII, CHRISTOPHORI CHALECCII, ALEXANDRI CHODKIEVICII, JOANNIS HORNOSTAII, ANDREÆ ŁUKOMSCII, PAULI SAPIEHA, NICOLAI RADIVILII, ANDREÆ SAPIEHA, THEODORI TYSZKIEVICII, NICOLAI SAPIEHA, GEORGII CHREPTOVICII, ALEXANDRI SŁUSZKA, SIGISMUNDI RADIVILII, THOMÆ SAPIEHA, THEODATI STETKIEVICII, JOANNIS WIAZEVICII, CHRI-*

 *STO-*

*STOPHORI WOŁODKOVICII, CHRISTOPHORI ZIENOVICII, JOANNIS KIERZNOWSCII, DIMITRI POŁUBINII, STEPHANI TYSSENHAUSI, JOANNIS, NICOLAI & GEORGII RADIVILIORUM*, renovetur grata ſerveturq; memoria, nullum jam tamen eorum Civitas iſta deſideret. Sic tua iſta, Senator, ſapientia omnium iſtorum nomine omnibus nobis ſatisfacit. Hinc iſta civium exultatio: iſtas illi ſpes ſuas hodie omnibûs lætitiîs concelebrant. Hæc iſti quidem de Senatore ſuo: jam quid de Principe opibûs præpotente dignitate Principes, conjunctæ cum Celſiſſima Jablonoviorum gente, Familiæ gratulantur?

Nullus hominum nobilium adeò brutus eſt atq; alieno ab affinibus ſuis animo, ut non fortuna eorum proſpera & dignitate oblectetur. Quæ enim propinquos amicosq; noſtros decorant, de illis perinde, ac ſi noſtra ipſorum eſſent, ornamentis communiter gloriamur. Tuæ itaq; iſta dignitatis Palatinæ acceſſio juſtas cognatis tuis affert cauſas lætitiæ. Nôrunt enim exteræ etiam gentes, quantum in eo amplitudinis ſit, fieri in libero Polonorum Regno Senatorem, ac Provinciæ quidem illi præeſſe, quam olim pares Regibus Principes ante alios illi præclariſſimi Severiæ Duces gubernâſſent. Ea igitur fama, quæ te hunc Illuſtriſſimum inire Magiſtratum nuntiavît, omnes cum tribules civesq; tuos, tum alienigenas vinculis affinitatis tecum conjunctos, ut quiſq; commune ſibi tecum bonum amat, ſic gaudiô affecit ſummô. Gratulantur

in

in primis de præſente ſibi fortuna ampliſſimæ in Litvania Familiæ: illi ſcilicet Celſiſſimi cum *Michäele* Summo Exercituum Duce Vilnenſium Palatino Sacri Romani Imperii Principes RADIVILII, jam triplici affinîtatis vinculo tecum, ac proximè quidem per Celſiſſimam CAROLINAM THERESSIAM, MICHAELIS CASIMIRI Vilnenſium hodie Palatini, HIERONYMI M.D.L. Vexilliferi, Catharinæ Braniecciæ Cracovienſium Palatinæ, Conſtantiæ cum Illuſtriſſimo Litvaniæ Cancellario Luca Sapieha & Thleclæ primùm cum Jacobo S.R. I. Comite Flemingio Principe in Saxonia Statûs Miniſtro & Copiarum Duce, deinde cum Principe Michäele Wiſniovieccio Vilnenſium Palatino, cum Palatino deniq; Podlachiæ Michäele Sapieha, matrimoniô conjunctarum, Sororem, Nuper Caſimiri Sapieha rei Armamentariæ in Litvania Præfecti deſignati Podlachiæ Palatini, hodie fortunatiſſimam Conjugem tuam, copulati, gratulantur, & nominis tui amplitudinẽ tantã, quãtã per eos etiã illa cum tot ſereniſſimis Celſiſſimis Illuſtriſſimisq; gẽtibus conjunctio exaggerat, civibus Litvaniæ cõmendãt. Gaudent præterea iſta celebritate civium & tua Illuſtriſſimæ *Sieniaviorum* Ducum Exercitûs Regni Materna tua, & Sororia *Wielopolſciorum*, Familiæ: redit hîc in memoriam rurſus & imago illa vitæ ſanctiſſimè transactæ, de qua jam aliquid diximus, & ſua Illuſtriſſimæ Matronæ dignitas Aviæ tuæ, conjugis Stanislai Cracovienſium Palatini, cujus toties meminimus, JABLONOVII, MARIÆ ANNÆ, ALEXADRO KAZANOVIO Adami Mareſchalli Curiæ Regni Filio,

 Bra-

Braclavienſium Palatinô natæ, Regum hodie Galliæ feliciter imperantium proaviæ. Adeſſe quoq; nobis gratulantibus videntur de feliciſſimis beatarum mentium regionibus: Illuſtriſſimus Proavus tuus JOANNES JABLONOVIUS Regni Enſifer cum lectiſſima Conjuge ſua Anna Joannis *Oſtrogii* Poſnanienſium Palatini filia, Matre *Zaslavienſium* Principe genita, comitantibus ſe, Sophiâ *Dziaduſzycciâ* Podolienſium Palatinâ & Catharinâ *Chodoroviâ*, filiabus: JOANNES item JABLONOVIUS Ruſſiæ Palatinus cum Joanna Conjuge ſua MARHIONUM de BETHUNE filia, & filiîs ſuîs, VINCENTIO CAJETANO Ravenſium Palatino, VIELHORSCIÆ Volhinenſium Caſtellanorum filiæ marito, ac DIMITRO Svieccenſium Præfecto Catharinæ SZEMBECCIORUM Palatinorum Siradienſium filiæ viro, cum duabus præterea Illuſtriſſimis filiabus ſuis: JOANNA POTOCCIA Uxore Tłumacenſium Præfecti & DOROTHEA RADOMICCIA Junis-Vladislavienſium Palatina: STANISLAUS CAROLUS Caſtrorum Regni Metator cum Illuſtriſſima ſua conſorte MARIANNA, POTOCCII Cracovienſium Caſtellani & Supremi Exercituum Ducis filia: omnes deniq; illæ Celſiſſimæ Illuſtriſſimæq; Gentes patriæ: SANGUSCII, OSTROGII, ZBARASCII, BRANICCII, SAPIEHÆ, POTOCCII, KETTLERI, OSSOLINII WIELOPOLSCII, TARLONES, MYCIELSCII, CZARTORYSCII, KOSZYRSCII, KOWELSCII, LUBOMIRII,, LANCKORONSCII, MNISCHONES, SIENIAVII, KAZANOVII, BRANICCII, ZAŁUSCII,

SCII, MYSZKOVII, SRZENSCII, KRYSCII, VILKANOVII, KALINOVII, VAPOVII, ZIELINSCII, OPALINII, VICHOLSCII, ZALESCII, CHODKIEVICII, POŁUBINII, BECHLINII, BRONISSI, KLINSCII, KUKLINSCII, LUBRANSCII, MDZEVSCII, ELZANOVSCII, KRASINSCII, LASZCII, OSTROVICCII, DZIAŁYNSCII, CIECHOLEVSCII, SZEMBECCII, SZAMOTULSCII, NOVOSIELSCII, VISCII, CIESKOVII, GRABIANCÆ, LUDECCII, VIELOHURSCII, GALECII, RUDZINII, RADOMICCII, OGINSCII, CHODOROVII, ZUKOVII, GLUCHOVII, DEMBINSCII, DOMBROVII, PELCÆ, KLOMNICII, LABISINII, MINSCII, GORYNSCII, LUBINSCII, DZIEDOSZYCCII, CHODOROVII, SOBOCCII, ZAREMBÆ, BARSII, cum omnibus deniq; cognatis tuis affinibusq; Illuſtriſſimis, quorum infinitus eſt fere cenſus, univerſa Patria gratulatur. Neq; hîs tantùm iſta tua, *Princeps*, celebritas regionibûs continetur. Quantaquanta eſt Europæ amplitudo; in omnes fere partes de tua iſta cognati ſui Principis celebritate communis lætitiæ pertinet magnitudo. Affectas ea voluptate animi oportet eſſe, Auguſtiſſimam Romanorum Imperatorum AUSTRIACAM, Sereniſſimas BORBONIORUM, BULLIONUM, STROZIORUM, GONZAGARUM, TALMONTIORUM, Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Siciliæ; VISNIOVIECCIORUM, LESZCZYNIORUM, & SOBIESCIORUM Poloniæ; Principum Electorum *Bavaricam*, *Lotaringam*, *Vite-Kindo Saxonicam & Rheni Palatinam*; Regias item *Bragantinorum* Luſitaniæ, *Victoris Amedei* Sardorum Regis *Sabau-*

*nicam Batoreorum* de Somlio Poloniæ & Tranſylvaniæ, *Stuartorum* Anglicam, *Boruſſorum* Brandeburgicam, *Danorum* Oldenburgicam, Familias. Ut enim tibi cum illis per varias cognationes, in primis per Sereniſſimas illas Celſiſſimasq; gentes, Leſzczynios ſcilicet, Sobieſcios, Radivilios, Bethunios, Viſnioviecios, Potoccios, Sanguſcios, Koſtkas, Zakrzevios, Zamoyſcios, Sapiehas, communis eſt dignitas generis; ſic illis tecum tua decora, oportet, ſint communia. Gratum itaq; his omnibus eſſe debet, quidquid honoris dignitati tuæ habetur. Neq; Fortuna tibi, Princeps, hac tua amplitudine anguſtior. Diminutum nomen illud, quô Gregorius *Jablonovius*, unus de Majoribus tuæ Familiæ, Rypinenſium & Stanislavovienſiũ Caſtellis Præfectus, vulgò *Panek* appellabatur, non tenuitatis alicujus, ſed ipſius blandientis perpetuòq; vobis ancillantis Fortunæ fuit vocabulum: ſic enim ab ipſis Pruſſiis Aboriginibus veſtris, præter alios à Joanne & Præclao Ludvigſdorfii & Vittendorfii in Sileſia dominis hæredibus, iſtam, quam Tullius Cicero rerum humanarum dominam vocat, dignitati veſtræ obſequentem in officio adhuc tenuiſtis, ut res veſtræ incrementîs magnîs in dies augerentur. Hinc illa vobis tot bona, prædia, latifundia, patrimonia ampliſſima: Gubelnavum ſive *Jablonovia*, eaq; hoc nomine tergemina; alia Dzialdoviæ proxima, ad Oſſam fluvium, aliter Lutrincam dictum, alia in Provincia Plocenſi prope Graudentum; cujus ultimæ Dzialynſcii hodie & Dąmbrovii dicuntur poſſeſſores: *Pruſſorzynum* oppidum à tuis Pruſſiis conditum ac nuncupatum: *Pruſſi* in Diœceſi Plocenſi nidus

pri-

primus tuorum Aboriginum: *Oſtrogienſis* Ducatûs pars dimidia Jablonovii Ravenſium Palatini hæreditas: alter item Pruſſiorum nidus Oppidum *Fredecenſe*, hodie juris Culmenſium Pontificis: *Mielevum*, Conrado Duce Maſovitarũ Stiborio Pruſſio publicîs tabulîs transcriptum: Dibæ, Adamcæ, Gorzechovium, Bobrovum, Grolgendorfum, Bohuſzevicæ, Grzybnovia, Boleſtraſſyciæ, Ivanovia, Brichalia, Kaczopovum, Liſianca, Kamenium, Lachovcæ, Krzyvinum, Linovia, Mariampolis, Naimovia, Niechlania, Mogilnica, Niznicovia, Saxendorffia ſive Opalenica, Perehinſcum, Opiechi, Pruſſovia, Oſetricæ, Racacia, Stoplcatæ, Oſtrovicæ, Vandegavum, Pieczovia, Pluſnæ, Strzeliſcia, Pobozani, Sumovum, Pruſcuniovum, Podkamenum, Rozyſcia, Szarogrodia, Stolpczatia, Vicholcia, Włodkovum, Zavalovia, & complura eorum alia; ut hîc non memoremus, quæ Patriæ, quæ Propinquis, quæ Religioni dedicâſtis, dotesq; Celſiſſimarum ſororum veſtrarum, quas vocant, profectitias. Tanta & generis veſtri & munerũ & fortunarũ amplitudo, cum dignitate, ſapientia & laudibus ſanctimoniæ conjuncta.

Eſt igitur, *Palatine Illuſtriſſime*, quòd & *Principes*, ac primùm quidem affinitate conjunctæ tecum, *Familiæ*, & *Cives*, præter alios, *hujus Provinciæ* nobiliſſimi, & cum *omnibus religioſis Ordinibus Societas* Ignatii *minima*, maximîs veſtrîs devincta beneficiîs, de iſto ingreſſu tuo *Principis*, dignitate & opibûs præpotentis, *Comitis ac Senatoris* laudibûs ſapientiæ ornatiſſimi, *Baronis* Caſtellorum complurium præſidis, antiquitate generis & ſanctimoniæ præconiîs *Pruſſii Civis Patriæ* nobiliſſimi; atq; hi quidem te

Principe cognato & amico ſuo aucti, illi Senatorem rerum ſibi communium moderatorem ſapientiſſimum nacti, reliqui ſanctitatum ſuarum tutorem piiſſimum, qualem ſcilicet optabant quærebantq;, hodie adepti, omnes certatim, alius aliò impenſiùs, per nos voluntatū ſuarū internuntios gratulentur. Ut itaq; multa ſunt, quæ tua & ſanctitas & ſapientia & dignitas de te ſingulis iſtis Ordinibus pollicetur, atq; adeò jam præſtat; ſic bonæ ſpei, lætitiæ & votorum, quæ pro tua incolumitate DEO immortali alia hodie perſolvimus, alia aliàs ſolvenda nuncupavimus, multiplices ſunt cauſæ. Jam Cælitum aræ, ad quas Numini Divino ſacrificemus, Divorumq; imploremus opem, Pruſſiorum maximè Indigetum tuorum, ornatæ: templa, in primis à te tuisq; condita, populo ſupplicaturo aperta: libri, quos de rebus Divinis conſcripſiſtis, in altaria collati: cænobia præterea, paræciæ, collegia, veſtrîs obſtricta beneficiîs, ſuis ritè ſacris operantur. In Lycæis deniq;, gymnaſiis, Academiis, de tuis ipſius libris tuarum tractantur laudum argumenta. Unum omnes litterati litteratoresq; optant, Senatorem tam ſapientem Superi, & ſuâ & Reipublicæ causâ, ut velint laurô, quam mereris, adverſus omnia humana pericula tectum, & quam diutiſſimè incolumem. In ædibus Procerum, in urbibus & omni foro vox omnium Familiarum optantium una: dignitate Princeps & opibûs potens Familiæ tuæ & Patriæ ut vivas immortalis. Quæ omnium Ordinum deſideria ut DEUS Optimus Maximus expleat, cum hoc noſtro Novogrodenſi omnia Litvanæ Provinciæ & univerſæ Societatis ſacraria, templa, ſcholæ, Collegia comprecantur.

Bibl. Jag.

# DZIEDZICZCE
## Imienia wielkiego
Pobożnośćią ku Bogu, miłośćią y wiernośćią ku ſwey Oyczyznie
# SŁAWNEGO,
Prześwietną rodowitośćią, z naywiękſzemi Europy Monarchami bliſkim pokrewieńſtwem,
# PRZEMOZNEGO,
w Sprawowaniu naywyżſzych Rzeczypoſpolitèy urzędów y mądrośćią
# ZALECONEGO,
Swiętey, Możney y Mądrey Pani
Jaśnie Oświeconey Księżnie Imci KAROLINIE
z Książąt RADZIWIŁŁOW
# JABŁONOWSKIEY
Wojewodźinèy Nowogrodzkièy,
Na Podhorcach Liśiance y Zawałowie
# HRABINEY,
Buſkièy, Wołpiańſkièy, Korſińſkièy, Dzwinogrodzkièy, Zagoſckièy, Onikſztańſkièy, Ławaryſkièy, Rakancyſkièy &c.
# STAROSCINEY,
Pod czas wjazdu publicznego do Stołecznego Wojewodztwa ſwojego Miaſta,
Rymy ſwoje, Pobożnych Możnych y Mądrych Jèy Anteceſſorów Imiona, pamięći nieśmiertelnèy godne, opiewające
Nowogrodzka Muza,
Na oświadczenie wdźięczności za łaſki y dobrodźièyſtwa wiekopomne,
OFIARUJE

Bibl. Jag.



# ODE
## Kśiążęca J. O. RADZIWIŁŁOW Pobożność, hoyność, y innych cnot Pańſkich doſkonałość.

### I.

*GDybyś o lutni moja taką wdzięczność miała,*
*Iżbyś z Elizow ſamych duſze ſprowadzała,*
*Jak niegdyś Orfeuſza takie miała wdzięki,*
*Iż z Ereba ſwą wydarł Eurydycę ręki,*
*A czego nie mogła śiła,*
*To lutnia ſztuką ſprawiła.*
*Stawiłbym wam, o wieki nader opłakane,*
*Bohatyra jakiego; o jakąż odmianę*
*Uyrzałby czaſòw naſzych! á od tych, co były,*
*Rzekłby, jakoż śię waſze wieki porożniły?*
*Gdy śię świat odmienił cały,*
*Ktożby nie ſtał zadumiały?*
*Chćiwość wſzędy panuje: każdy rad ſwojemu:*
*Zayrzy bliznim: radaby ująć y Boſkiemu,*
*A cò hoyni dla Boga czynili Oycowie,*
*Gwałtemby wydrzeć chćieli wyrodni Synowie:*
*Gdy wſzyſtkiego doſyc mają,*
*Większych nadto dòbr żądają.*
*Szczèrość z Prawdą za Thulę oſtatnią wygnana,*
*Y Wiara y Pobożność ſpołem podeptana:*
*Przywożne obyczaje pierwſze mieyſce mają,*
*Do ktòrych wſzyſcy radźi umyſł ſwòy ſkłaniają;*
*A co śię poda nowego,*
*To więc tylko chwalebnego.*
*Wſzyſtkimby Dom Kśiążęcy cnot wſzelkich był wzorem:*

*Chwalebnym dotąd idą ſwych Pradziadòw torem:*
*Rowna hoyność ku Bogu, jaka przedtym była,*
*Ktòra pamięć Dobrodźieyſtw wſzędy zoſtawiła;*
*A łaſki ich wyświadczone*
*Niemogą być określone.*
*Sprawiedliwość y ſzczèrość wniczym niedotkniona,*
*Wiara mocná, pobożność, łaſkawość wrodzona,*
*Pokora lub w wyſokim ſtanie nie zwyczayna,*
*Miłość Boga z Oyczyzną nikomu nietayna.*
*Coż do oſoby Kśiążęcey,*
*Przydac może ozdob więcey?*
*Na cnocie Domy wſzyſtkie ſtoją fundowane,*
*Te więcey zdobią, niżli honory nadane:*
*A jako więc Planetom ſłońce światło daje,*
*Tak y godność od cnoty jaśnieyſzą śię ſtaje:*
*Szczęśliwa, w czyjey oſobie,*
*Te śię razem złączą obie.*
*Gdźież ſą owi u świata Chwalebni Kròlowie,*
*Każimierz, Zygmunt, Stefan y Jagiellonowie?*
*Korony śmierć y berła już dawno zabrała:*
*Sama tylko ich cnota w pamięći zoſtała:*
*Tak, lubo wſzyſtko przeminie*
*Cnota przećie nie zaginie.*
*Dźiedźiczko cnot Kśiążęcych zacna,* KAROLINO,
*Naſzych wiekow wſławiona wſzędźie Heroino,*
*Twą pobożność y hoyność ku Boſkim Kośćiołom,*
*Ku ubogim, twą ſkromność podobną Aniołom,*
*Twoje chwalebne przymioty,*
*Twoje dźieła, twoje cnoty*
*Sławić będą potomne wieki, poki ſtanie*
*Na źiemi ludźi, poki wody w Oceanie,*

*Y*

*Y Tellus z owocami kwiat rodźi wzorzyſty,*
*Y ſłońce po niebioſach woz toczy ogniſty,*
*A przyświecać będźie źiemi,*
*Promieniami złoćiſtemi.*

# ODE II.

*Ktòrey Bogini rym moy da nazwiſko*
*Tobie, o Kśiężno? czy Nimfy, co bliſko*
*Tagu nad złote lepſze ma pokoje,*
*Z kryſztału zdroje?*

*Abo, żeś jedna z Łaſk, lutnią złociſtą*
*Sławę twą śpiewać będę wiekuiſtą?*
*Pròżno śię badam: żadney nie poſtawię*
*Rownej twey ſławie.*

*Widzę, jak kraſne ukazuje lice,*
*Gdy, w złote ſzleje wprzągłſzy gołębice,*
*Do dźiedźicznego Cypru Erycyna*
*Wjeżdżać zaczyna:*

*Widzę, powraca Cynthia z Dodony:*
*Dzień na gonitwach jeleni ſtrawiony:*
*Czas łuk położyć, á w czarney karocy*
*Przyświecać nocy.*

*Lecz śię nie mogą zròwnać twey oſobie,*
*Cna KAROLINO, Boginie te obie:*
*Kraſa naywiękſza, gdy w Kśiążęcey twarzy*
*Cnota śię żarzy.*

*A lubo złoto zdobi twe ramiona,*
*Y perła też być niechce utajona,*
*Swiecą na drugich, natobie nie w cenie*
*Z złotem kamienie.*

*Niechay śię z ſwemi Indy popiſują*
*Bogactwy, złoto Araby ſzacują,*



*Tanieją*

*Gaſną i kruſzce i drogie kleynoty*
*Gdy świecą cnoty.*

# ODE III.

## Miłość ku Oyczyznie Jaśnie Oświeconych Xiążąt RADZIWIŁŁOW w nieśmiertelney naziemi pamięći zoſtaje.

*GDy na rozległych lemieſz ſwoy morduje*
*Niwach Galezus oracz pracowity,*
*Tam, kędy z gòr śię Smoleńſk ukazuje,*
*Y Dniepr krwią zbitey Moſkwy płynie ſyty,*
*Mòwią, iż,kiedy cugi złotogrzywe*
*Słońce na morſkie kierowało brzegi,*
*Z jarzm uwolniwſzy woły nie leniwe*
*Na łąkę puśćił y miłe noclegi,*
*A ſam wſparłſzy śię zaczął niezwykłemi*
*Rymami dumę: z prac poki ſpoczywa,*
*Paśćie śię woły po zaroſlach źiemi,*
*Gniew oyczyſtego na zbroi Gradywa,*
*Oto na polach kośći powiędniałe,*
*Y wyorane z czaſzkami ſzyſzaki,*
*Pohańſkie ſzczerbce, rynſztunki zdrzewiałe,*
*Nieprzyjaćielſkie ſławney klęski znaki.*
*Ztąd niedobitek z reſztą kiedyś ſchodźił,*
*Unoſząc grzbiety ſwe w dzikie krainy:*
*Tu mężnie Hetman RADZIWIŁŁ(a)dowodźił,*
*W Sybirſkie z Litwy część pędząc gęſtwiny,*
*Część w Wołgę, gdźie ſwe Jędza plemie myje,*
*Od grubych krajow dźielnicę Europy,* Zwy-

(a) JERZY Kaſztelan Wileńſki Hetm: W. L. Celadyna z oſmdźieśiąt, á Owczynę z 60.: tyśięcy Moſkwy zniosł.Mikołay Woje: Wileń: Stefana Kròla nierozdźielny towarzyſz na wielu expedycyach, Smoleńſki kray zwojował. Krzyſztof Wojewoda Wileńſki Hetm: W.L. wſzerz y wzdłuż aż do Wołgi Moſkiewſkie Państwo ſpuſtoſzył. Krzyſztof II. Woyjewoda Wileń:Het:W. L. ktòrego Juliuſzem. wieku ſwego nazywa Potocki *Cent: Vir: fol:* 109. Gdy Smoleńſk obległ Moſkal ze 100: tyśięcy ſwoich,on ich z 16.tyśięcy rozgromił y miaſto uwolnił

*Zwyćięſkim mieczem niezbedne harpyie*
*W niezgruntowane wpieraiąc zatopy.*
*Kędy dwa morza łączy w Trackim kraju*
*Bosfor, ſtraſzliwa ſzabla RADZIWIŁA, (b)*
*Krwi Biſſurmańſkiey około Dunaju*
*Y Dnieſtru nie raz hoynie śię napiła:*
*Straſzna i tobie ztąd morzem oblana,*
*Ztąd Oceanem Szwedzka Skandynawo,*
*Swiadkiem kraina twoja zwojowana,*
*Gdy nieraz władnął RADZIWIŁŁ (c) buławą;*
*Lecz nayſtraſznieyſza wam, wſchodne krainy,*
*Co Dniepr i Wołgę pijećie ogromną:*
*Oćiec mi na te wſkazując nowiny,*
*Klęſkę opiewał nieraz wiekopomną:*
*Tu zaprawował na hardych ſwe miecze*
*Karkach RADZIWIŁ, gdźie widźiſz rôwniny,*
*Jeſzcze krew świeża ſtrumieniami ćiecze,*
*W źiemi rdzą zaſzłe leżą rohatyny.*
*Tu ſtanął z woyſkiem, tu ſzykował roty,*
*Tu upominał zapalczywe męże,*
*Dodając ſwoim ſerca y ochoty,*
*Tu śię uzbroił w żelazne oręże:*
*Widźiałem jako z obu ſtron ſtawano*
*Ognie żołnierzom z twarzy wypryſkały,*
*Y znaku tylko do boju czekano,*
*A polerowne tarcze im błyſkały:*
*Aż, jako kiedy podczas nocy mgliſtey*
*Płomień śię z chmury rozdartey wybije,*

(b) Jerzy Kaſztel: Wileńſki na wielu mièyſcach Turkòw y Tatarow zbił, bitw jego wygrawnych liczą 30. *Nieśiecki* (c) Krzyſztòf Wojewoda Wileńſki Hetman W. L. Wędę Kokenhauz Szwedom odebrał. Krzyſztòf II. Wojewòda Wileńſki Hetman W. L. Goſtawa Kròla Szwed: pod Nitawą zbił.

 *Z dźiał*

*Zdźiał śię płomyczek ukaże ogniſty,*
*Y trąba głoſem ogromnym zawyje:*

*Więc śię Chorągwie zeprą z chorągwiami*
*A mąż na męża oburącz naćiera,*
*Ręce latają koło głów z mieczami,*
*Dźida na dźidę moc ſwoję wywiera,*

*Tu raz upada, tu znowu śię dźwiga*
*Roſſak, y impet odpiera gwałtowny,*
*Lecz kula kulę bez przeſtanku ściga,*
*Y nieprzyjaćioł raźi deſzcz hartowny.*

*A jako Palma na ćiężar śię śili,*
*Tak Kśiążę większe męſtwo ukazował*
*Y śiłę większą,im nań barźiey bili,*
*Ani śię w ſwoim zapale hamował.*

*Nie taki ſzeleſt gdy pułnocna śniegi*
*Miota na źiemię Arktos, lub na ſtanie*
*Y ſkłoconemi wały bije w brzegi,*
*Auſter lub łamie Cedry na Libanie,*

*Albo Odyniec z ruſznice rażony,*
*Tam na Hercyńſkie wpadłſzy gdźieś puſtynie,*
*Gdy uyrzy bok ſwoy poſoką zbroczony,*
*Siecze dąb y co tylko śię nawinie;*

*Jaki tam zgiełk był y ſzeleſt ſłyſzany,*
*Gdy ołowiane zewſząd grady lały,*
*Szczęk ſzabel, tenten koni, o twe ściany,*
*Krępaku, ſilne wiatry obijały.*

*Długo Fortuna przeważała ſzale*
*Y ſzczęśćie równe z obu ſtron ſłużyło,*

Liczniey-

Licznieyſze mieli żołnierſtwo Moſkale,
Polak z Litwinem przewyżſzał je śiłą:

Lecz komu zawſze taka śię wygrana,
Przypiſać mogła? zaiſte wielkiemu
Ta RADZIWIŁŁA Wielkiego Hetmana
Szczęśćiu y ſercu nieporównanemu.

Cnota y męstwo celuje w attaku,
Ani jey zgraja ludu śię opiera:
Zgryść pieprzu trudniey garść, niż korzec maku:
Jedna las gęſty wyśiecze śiekiera.

Jako więc z chmury miedzy tyśiącami
Błyſkawic piorun ogromny wypada,
Lub Orzeł dżielny oſtremi ſponami
Ugania ptaſząt pierzchających ſtada,

Albo też z Alpow ſpadłſzy potok śilny,
Co tylko mu śię nawinie, zalewa,
Y pola, które pośiał oracz pilny,
Zielone łąki, y zgruntu rwie drzewa;

Tak śię on miedzy ſzablami uwijał,
Y płoſzył bufce y rozgramiał ſzyki,
Tak śię przez półki śćiśnione przebijał,
Y uporczywe gromił przećiwniki:

A tu więc męſtwem dżielnego Hetmana,
Rycerſtwo śiły pokrzepczy ſtargane,
Gromiąc wſchodniego odważnie Tyrana,
Y otrze krwawym potem czoło zlane.

O cożem widżiał za klęſkę! Tak była



Wiel-

*Wielka pobitych liczba, nędzne duſze*
*Ledwie Charonta łodka przeprawiła,*
*A Awern ſwoje napełnił katuſze.*

*Wieczność te ſłowa na cedrach wyryła:*
*Szczęśliwe Polſkie y Litewſkie ſtany,*
*Szczęście twe Polſko z męstwa RADZIWIŁA,*
*Gdy z Kśiążęcego domu maſz Hetmany.*

*Lecz coż ja dumam woyny i Rycerze,*
*Y Kśiążąt tryumf na nieprzyjaćioły?*
*Moja broń lemieſz nie miecz y puklerze:*
*Idźćie do domu pracowite woły.*

*Z złotogrzywemi ſpocznie w Oceanie*
*Wnet ſłońce końmi, y z wozem ochynie,*
*Heſper życzliwy ſpoczynkom naſtanie,*
*Y ſrebrny warkocz Cyntia rozwinie.*

## ODE IV.

### Oſobliwa ku Oyczyznie J. O. RADZIWIŁŁOW Pobożność w Niebie ma ſwą odpłatę.

*Kto mię zwykłemi Rymopiſow loty*
*Wyżey nad Planet wynoſi obroty?*
*Mylę śię, świetney czy złotemi tramy*
*Stawam u bramy?*

*Ztąd porfir drogę śćiele, tu podwoje*
*Dyamentow blaſkiem pałają, pokoje*
*Dnieją od pereł, ſrebrne rubin drogi*
*Zaśćiela progi.*

*Tenli to kray, gdźie wioſna bez jeśieni?*

*Kiedy*

*Kędy weſela ſmutek nie odmieni,*
*Zkąd z kołowroty precz ſwe czarne przędze*
*unioſły Jędze:*
*Gdźie ani świațło uſtaje przed nocą,*
*Ani z ſwą ſłońce ſpoczywa karocą,*
*Ni gwiżdżą wiatry, ni płaczą Plejady,*
*Ni ſzkodzą grady?*
*Tenże to pałac prawych oznaczony*
*Oyczyzny ſynow wielkiemi Imiony,*
*Ktòrym niebieſkie otworzyła wrota*
*Dźielność y cnota?*
*Godne zaiſte tak świetne mieſzkanie*
*Twey nieśmiertelny doſtoyności Panie:*
*Tu dla Oyczyzny hoyne mają płace,*
*podjęte prace.*
*Tu cnych Rycerzow przewagi y dzieła,*
*Ktòrych nam Parka zawiſna ſprzątnęła*
*Biorą odpłatę, tu Bohatyrowie*
*RADZIWIŁŁOWIE.*
*Pierwſze ma mieyſce MIKOŁAY, (a) Jagiełła*
*Hetman waleczy; pomną jego dźieła*
*Ruś porażona, Krzyżacy, bez miary*
*Bite Tatary,*
*Z tym w jedney drugi KANCLERZ ſtoi parze*
*MIKOŁAY: temu Kśiążęcy Ceſarze*
*Nadali tytuł, y honorow wiele,*
*(b) Pan na Medele*
*Ktoby ćię nie znał JANIE znakomity*
*Tylą zwyćięſtwy? przez ćię Woyćiech (c) zbity,*
*Y JERZY, ktòry bitew (pewne wieśći)*

(a) Mikołay I. Narymunda Prawnuk Hetm: W. y Marſzałek L. za Jagiełła (b) Mikołay III. Wojewoda Wileńſki od Maximiliana Ceſarza S.R.I. Xiążęciem kreowany, Xiaże na Goniadzu y Medele (c) Jan Staroſta Zmudzki koło Ragnety Woyćiecha Margrabię Brandeburſkiego z Krzyżakami poraźił. *Nieśiecki.*

*wygrał trzydźieśći.*
*Rowną z tym ſławę maią KRZYSZTOFOWIE,*
*Oba Hetmani y Wojewodowie:*
*Szwedow z Moſkalem przed niemi zuchwała*
*Potęga drżała.*

*Ciebie, JANUSZU, ktorego Łojowo*
*Pomni odwagę, z uwięczoną głową*
*Widzę, y ćiebie, JERZY Kardynale,*
*w Niebieſkiey chwale.*

*A ktoż wypowie w gornym Kśiążąt kraju*
*Jako SIEROTKO, świećiſz MIKOŁAJU?*
*W jakim ćię widzę, KAROLU, honorze,*
*Wſzelkich cnot wzorze.*

*Przezacne duſze, ktore za ſwe życie*
*Dni nieśmiertelne w Niebie prowadźićie,*
*O gdyby teraz wam podobnych śiła*
*Polſka rodźiła!*

*Więc, w ktorym waſza trwa dotąd pochwała,*
*Niech nieśmiertelne dni będą MICHAŁA*
*Y Nowogrodzkiey zacney KAROLINY*
*Wojewodźiny.*

## ODE V.

## Wielkość Imienia Jaśnie Oświeconey Kśiężney Imci z bliſkiego Europeyſkich Monarchow pokrewieńſtwa.

## Wjeſzczba Nereuſza.

*Sławny u Rzymian, krwi waſzey Trojanie*
*Cząſtka, Palemon, zbrzydźiwſzy Tyrany,*

(d) Januſz Wojewoda Wileńſki Hetm: W. X. L. pod Łojowem zbił Krzyczewſkiego ze 40. tyśięcy

*Gdy*

*Gdy rzuca w źiemi Łacinſkiey mieſzkanie,*
*Y łodź na morſkie odbija bałwany;*

*Mówią iż kiedy na Baltyckim brzegu*
*(Tam go aż Eury zagnały zburzone:)*
*Zatrzymawſzy śię Niemen w dalſzym biegu*
*W morze wpadając chwyta wody ſłone,*

*Z czyſtych kryſztałow podniożſzy ſwą głowę,*
*Nereuſz, wiatrom zakazał ſzturmować,*
*A ſam do łodki zaczął taką mowę,*
*Y przyſzłe rzeczy potomkom rokować:*

*Wſzczęśliwąś chwilę twoje zaczynała*
*Drogę w te kraje, i ktoryć zwierzony,*
*Ktoregos zdrowie łodko piaſtowała,*
*Szczęśliwie w naſze Palemon wſzedł ſtrony.*

*Wiedźiały Nieba jakie powſtać miały*
*W krajach Sarmackich Prześwietne Imiona,*
*Przeto ćię aż wte kraje kierowały:*
*Stań już u brzegu łodko utrudzona:*

*Te, jako widźiſz rozległe krainy,*
*Jemu od wiekow były naznaczone:*
*Tu liczne jego chwalić ſyny,*
*Po całym świećie narody wſławione:*

*Z tąd śię wielkiemi Krolmi ſzczyćić będą*
*Obſzerne Państwa, jego potomkowie*
*Trony w Europie naywyżſze zaśiędą:*
*Ztąd wyniść mają Kśiążęta, Wodzowie.*

*Ztąd Polſka z Węgry, y gdźie mnogie wody*

 Dunay

*Dunay rozlewa z Renem rozſzerzony,*
*Niemieckie uyrzą Ceſarzow narody,*
*Y Szwed z Cymbrami morzem otoczony,*

*Ztąd y NARYMUND potomnym wſławiony*
*Wiekom wyſzedłſzy, tym więcey ſwe wſławi*
*Imie, gdy wielą Kśiążąt zalecony*
*RADZIWIŁŁOWSKI Dom w Litwie zoſtawi*

*O jakież z niego będźie mieć Hetmany*
*Polſka, ktòrzy ſwą ſławę tak rozſzerzą,*
*Iż śię z pierwſzemi po Europie Pany*
*Y z Ceſarzami y Kròlmi przymierzą*

*Jeſzcze nie miała Litwa tych godnośći,*
*RADZIWIŁŁOWIE ktòrychby nie mieli,*
*Dla ich Imienia y rodowitośći*
*Ile ma tylko ozdob, świat udźieli,*

*Będźie czas, kiedy Francuſkie korony*
*Im przez LESZCZYNSKICH ozdoby dodadzą,*
*A przez SOBIESKICH Ryńſki przyłączony*
*Będźie Dom, rod ſwòy SZKOCCY poprowadzą*

*Ztąd STUARTOWIE, y wielkie Bawara*
*Imie; z kąd Karol śiòdmy Rzymſkie trony*
*Ośieść ma Ceſarz: á zacne BARBARA*
*z RADZIWIŁŁAMI złączy JAGELLONY.*

*Ztąd y RAKUSKI dom ſwoje zaſzczyty*
*Miec będźie kiedyś, gdy z Mazowieckiemi*
*Corki ſwe łączyć będą Zemowity*
*RADZIWIŁŁOWIE, y z WISNIOWIECKIEMI,*

*Zniemi*

*Zniemi śię Regnant Boruſſow z przymierzy*
*Sławny ſwych wiekow, dokazując śiła,*
*Eleonorę Anhaltyńſkie JERZY*
*Kiąże, gdy wyda ſwą za RADZIWIŁŁA.*

*To rzekł Nereuſz, y w wir śię głęboki*
*Ponurzył, a co wieki naſtąpiły*
*( Boſkie ſą zawſze prawdźiwe wyroki)*
*Co tylko wròżył potomkom zyśćiły.*

## ODE VI.
## Wielkość Imienia z bliſkiey Polſkich y Litewſkich wielkich Imion Kolligacyi.

*Prôżnoby wzlećiec chćiał w gòrne krainy*
*Sztuką Dedala piory woſkowemi,*
*Ktoby chćiał ſławne Imie KAROLINY*
*Opiſać z wielo Imiony zacnemi:*

*Gdźie jendo tylko świat, z światem ich ſława*
*Szerzy śię, ani granic ſwych zakłada,*
*Y gdźie jutrzeńka z łoża rano wſtawa,*
*Y ſpracowane ſłońce w morze wpada.*

*Tu, ktòre tylko Sarmackiey korony*
*Są Bohatyrow wielkich Parentele,*
*Dom ze wſzyſtkiemi Kśiążęcy złączony*
*Zdobi, y od nich ma ozdoby wiele,*

*Tu SANGUSZKOWIE herby ſwe złączyli*
*Tu JABŁONOWSKICH Kśiążąt Imie dawne,*
*Y ktôrzy w Litwie nie tak dawno żyli,*
*KORYBUTOWIE Imie wiekom ſławne:*

*Tu LUBOMIRSKICH wpłynęły Srzeniawy,*
*Y CHODKIEWICZOW groty z SAPIEHAMI*
*Swiecą, POTOCKICH Oyczyſte Pilawy*
*Sławy dodaią rowno z ZAWISZAMI:*

*Zniemi śię łączą BRANICCY, OGINSCY (WIE,*
*TYSZKIEWICZOWIE,CHALECCY,TARŁO-*
*Y z POCIEJAMI OSTROGSCY, TĘCZYNSCY,*
*PACOWIE, WOLSCY y WOŁŁOWICZOWIE?*

*Lecz co ja? łodkę na ten nie zbrodzony*
*Ocean puſzczam, y wielkie imiona*
*Wyliczam? wiedzą wſyſtkie świata ſtrony,*
*Wielkość Imienia Księżny niezmierzona.*

## ENTUZYAZM.
## Jaśnie Oświeconych Książąt RADZIWIŁŁOW Mądrość, y około jey pomnażania ſtaranie.

*Jużem lutnią naſtroił, już ſtruny brzmieć miały*
*Niepochlebne Książęcey mądrośći pochwały,*
*Y zacząłbym rad pienie; alić,niewidana*
*Smiertelnym oczom jeſzcze,snać z wyżſzych zeſłana*
*Swiatłość krajow ogarnie,kędy wiekuiſte*
*Gwiazd ognie rozſwiecają Pałace złoćiſte;*
*Widzę tu poſtać Męża:z oczu mu y z twarzy*
*Sama śię z wieczną chwałą nieśmiertelność żarzy:*
*Lice ſłońcu podobne i pogodne czoło,*
*Rzęśiſtemi promieńmi blaſk oſypał w koło.*
*Sama owa poſtawa tak u kſztałtowana*
*Skazowała przedniego Rymopiſow Pana.*

Ten

Ten mię okiem przenoſząc i z pośmiechem ſrogi
Upominacz, rzecze mi: Tyśli jeſt co z Bogi
Rowną mądrość opiewaſz Marſya wzgardzony?
Ty łodkę na ocean twą pchnieſz niezmierzony?
Wſtrzymay tę chęć zuchwałą, Bogow te ſą dźieła,
Prożno tę ſurma twoja pracę przedśięwźięła
Chceſzli jednak uſłyſzeć, i być w tey krainie,
Gdźie chwały opiewają Kaſtalſkie Boginie
Idź zamną: Niebieſkiemi á tu więc zachwyty
Jakbym śię w zgorę podnioſł, widzę nieprzebyty
Marynarzom Ocean, widzę rozmaite
Narody, gdźie ſwe Tytan pławi pracowite
W nurtach cugi, y gdźie je godźiny wprzęgają
W ſzleje złote, gdźie ſłońcem Murzyni pałają,
Y ktore oſypuje Arktoś ſwemi śniegi
Lodowate Lappony, pułnocne Norwegi:
Mijam gdźie ſwe Planety drogi odprawują,
Y firmament rozliczne gwiazdy oſypują,
A gdy mniemam, iż tu cel mych zapędow, Bogi
Te oſadźiła godność; w tym śię podda drogi
Od pereł y kámieni páłac, budowany
Nieśmiertelną znać ręką: dach mu złotem lany:
Sćiany z parfiru, kryſztał poſadzka, ſuffity
Okrył rubin: ſmaragdy u bram z Chryzolity,
A Topazy w złoćiſtych jaśnieją podwojach,
W przezroczyſtych zaś było śioſtr dźiewięć pokojach
Każda cytrą złoćiſtą, każda z nich ſwojemi
Ozdobiona przymioty: Tu mię już lekkiemi
Zefiry nieśionego, u progu poſtawi:
Rzekłbym iż to ſen łudźi, lecz śię wſzyſtko jawi:
Tu Boginie, tu Cytry w ich ręku gotowe

*KAROLINĘ opiewać; ktòrey gdy przez owe*
*Rozległe świata kraje już się rozſławiła*
*Mądrość, aż pod niebioſa cel ſwòy zamierzyła.*
*Więc gdy ſwą każda lutnią y wdźięczne hoboje*
*Snieżną ujęła reką, zabrzmiały pokoje*
*Harmonią Niebieſką. Przy wdźięcznych muzykach*
*Biegłość twą MIKOŁAJU* (a) *śpiewano w językach*
*Europeyſkich rozliczną, y ktoryś twe Imię*
*Zalećił KARDYNALE* (b) *ſwą mądrośćią w Rzymie:*
*Gdźie o twojey w naukach biegłośći piſali,*
*Borromeuſz i inni Rzymſcy Kardynali,*
*Ktoryś Litwie przywrócił polor z Braćią twèmi,*
*Kiedyś ſzkoły nadawał dochody wielkiemi.*
*Rowna była SIEROTKI* (c) *chwała Wojewody:*
*Akademia hoynych łaſk jego dowody*
*Nieprzeſtannie do tych czas z mądrych ksiąg wydania*
*Ukazuje. Słyſzałem ſłodkie opiewania*
*MICHAŁA KAZIMIERZA*(d) *jemu się dźiwiła*
*Urania, co gwiazdy niebieſkie zliczyła,*
*Gdzie jaśnieją Plejady, gdźie lew grzywę jeży,*
*Gdźie Orion z woznikiem gwiazd Bootem bieży,*
*Słyſzałem wiekopomne ALBRYCHTA pochwały,* (e)
*Gdy mądre piſma jego Muzy opiewały:*
*On, kiedy w Europeyſkich krajach woyna wrzała,*
*Y kiedy pod oliwnym ćieniem ſpoczywała,*
*Opiſał, y rycerzow dźieła znamienite;*
*Lecz ſkończyć zabroniły Fata nieużyte.*

*Twa*

(a) MIKOŁAY III Wojewoda Wileńſki y Kanclerz Litewſki, w rożnych naukach y wielu językach biegły. *Nieśiecki.* (b) JERZY Kardynał Biſkup Krakowſki z Staniſławem Staroſtą Zmudzkim Funduſzu Akademii Wileńſkiey przyczynił. O jego madrośći piſze S. Karol Borromeuſz y Sarnanus Kardynali. (c) MIKOŁAY SIEROTKA Woj: Wileń. Drukarnią Akademii Wileńſkiey darował. (d) MICHAŁ Podkanclerzy y Hetman Polny W.X.L. w Hiſtoryach, Matematyce, Geographii, Alchimii biegły. *Nieśiecki* (e) ALBRYCHT Kanclerz W. X. L. Madre księgi napiſał miedzy innêmi, *De rebus Geſtis in Europa. Suo Ævo. Nieśiecki.*

*Twa przychylność ku mądrym wielka, mądry Panie* (f)
*MICHALE Wojewodo i Wielki Hetmanie,*
*W Naukach doſkonałość, ktorąć przyrodzenie*
*Z wielkim dało dowćipem, y krajow zwiedzenie*
*W Europie rożnych, rowną chwałę odbierała,*
*A Sława ćię po całym niebie roznaſzała.*
*Tu też innych z wielkiego cnych Xiążąt Imienia*
*Mądrość, Sioſtr ſłodkobrzmiące odbierała pienia,*
*Lecz taż ſama ktôra mię w niebo unośiła*
*Zdumiałego moc zaraz na źiemi ſtawiła.*
*Daremnąż lutnie naſze pracę zaczynają,*
*Gdy ledwie nieba Xiążąt chwalić wydołają.*

(f) MICHAŁ Wojew: Wil: Het: W. W. X. L. pełen zaſług, mądrości y honorów Pan, jego w ſprawowaniu naywyżſzych w Oyczyznie Urzędów mądrość, ku mądrym przychylność, świat Litewſki głosi. Dla dowćipu tego przez który w wielu umiejętnośćiach biegłym zoſtał, nie omieſzkał rozmaite Europy Króleſtwa dla poloru zwiedzić. Bibliotekę w Nieświżu mądrêmi księgami ozdobił. Collegio S. J. tamże drukarnią darował. Matheſiis też uaſza Wileńſka jego Dobroczynności y mądrości ma dowody.

Bibl. Jag.

12 Листовъ
Бумаги

Biblioteka Jagiellońska
stdr0026116